si mundati forent a lepra vel non. CI. Lex
etiam mundatos lepra iubebat offerre sacrifi
cium causa purgationis. THEO. Iubere
ergo eis vt irent ad sacerdotes: nihil aliud in
nuebat nisi q̄ debebant curari. vnde sequitur:
Et factum est dum irent: mūdati sunt. CI.
In quo iudeorum pontifices emuli glorie ei⁹
cognoscere poterant q̄ inopinate ꝛ mirifice
sanati sunt: concedente christo eis salutem.
THEO. Cum autem decem essent: nouēꝫ
qui israelite erant ingrati fuerunt: sed alieni/
gena samaritanus reuersus: voces emittebat
benignas. vnde sequitur: Vnus autem ex il
lis vt vidit: quia mundatus est: regressus est
cum magna voce magnifi. deū. TYTVS.
Dedit autem ei appropinquandi fiduciaꝫ su/
scepta purgatio. vnde sequitur: Et cecidit i fa
ciem suam ante pedes eius gratias agēs. Ex
procubitu ꝛ supplicatione: fidem suaꝫ simul
cum beniuolentia pandens. Sequitur: Et hic
erat samaritanus. THEO. Hinc poterit
quisqꝫ conijcere: q̄ nihil īpedit quēquam pla
cere deo: etsi de genere prophano processerit:
dūmodo bonum gerat propositum. Nullus
etiam natus ex sanctis superbiat: nouem enīꝫ
qui israelite erant: ingrati fuerunt. vnde seq/
tur: Respondēs aūt iesus dixit: nōne decem
mundati sunt: ꝛ nouē vbi sunt? Non est inuē
tus qui rediret: ꝛ daret gloriam deo: nisi hic
alienigena. TYTVS. Per hoc ostendit
q̄ promptiores ad fidem erant alienigene: lē
tus enim erat ad fidem israel. vnde subditur:
Et ait illi surge: vade quia fides tua te saluū
fecit. AVGV. de que. euan. Mystice au/
tē leprosi intelligi possunt: qui scientiam vere
fidei non habentes varias doctrinas profiten
tur erroris. Non enim abscondūt imperitiaꝫ
suam: sed pro summa peritia proferunt in lu
cem: ꝛ iactantiam sermonis ostendunt: colo/
ris quippe vitium lepra est. vera ergo falsis i
ordinate permixta in vna disputatiōe vł nar/
ratione hominis tanqꝫ in vnius corporis co/
lore apparentia: significant lepram tanqꝫ ve/
ris falsisqꝫ colorūꝫ locis: humana corpora va
riantem atqꝫ maculantem. hi autem tam vitā
di sunt ecclesie: vt si fieri potest: longius re/
moti magno clamore christum interpellēt. q̄
autem preceptorem eū inuocauerūt satis pu/
to vere lepram falsam esse doctrinam: quā bo
nus p̄ceptor abstergat. Nullum autem corūꝫ
quibus hec corporalia beneficia dominus p̄/
stitit: inuenitur misisse ad sacerdotes nisi le/
prosos. sacerdotium enim iudeorūꝫ figura fu
it sacerdotij quod est in ecclesia. Cetera autēꝫ
vitia per seipsum interius in conscientia dn̄s
sanat ꝛ corrigit. Doctrina vero vel imbuēdi
per sacramenta vel cathecizandi per sermonē
potestas ecclesie tributa est. Qui dū irent mū
dati sūt: quia gentiles ad quos venerat petr⁹
nondum accepto baptismatis sacramento: ꝑ
quod spiritaliter ad sacerdotes peruenit: infu/
sione spiritussancti mūdati declarātur. Quis
quis ergo in ecclesie societatē doctrinam inte
gram veramqꝫ assequatur: eo q̄ manifestet va/
rietate mendaciorum tanqꝫ lepra caruisse: hic
tamen ingratus deo mundatori suo gratiarū
agendarum pia humilitate non prosternitur:
similis est illis de quibus dicit apostolus: q̄
cum deum cognouissent: non vt deuꝫ magni
ficauerunt aut gratias egerunt: ideo tales i no
uenario numero tanqꝫ imperfecti remanebūt.
Nouem enim indigent vno vt quadam vni/
tatis forma coagulentur vt. x. sint. Ille autem q̄
gratias egit: vnice ecclesie significatiōe appro
batus est. Et quia illi erant iudei: amisisse per
superbiam declarati sunt regnum celorū vbi
maxime vnitas custoditur. Iste vero q̄ erat sa
maritanus quod interpretatur custos: illi a q̄
accepit tribuens quod accepit s̄m illud: For/
titudinem meam ad te custodiam: vnitatēꝫ re
gni humili deuotiōe seruauit. BEDA. Ce
cidit autem in faciem: quia ex malis que se ꝑ
petrasse meminit erubescit: qui surgere ꝛ ire
precipitur: quia qui infirmitatem suaꝫ cogno
scens humiliter iacet: per diuini verbi conso
lationem ad fortia opera proficere iubetur. Si
autem fides saluum fecit eum qui se ad agen
das gratias iclinauit ergo pfidia perdit eos:
qui de acceptis beneficiis deo dare gloriā ne
glexerunt: quapropter fidem per humilitatēꝫ
augeri debere: sicut in parabola superiori de/
cernitur: ita hic ipsis rebus ostenditur.

¶ Dn̄ica. xv. Mat/
thei. vi. ca.

Nemo potest duobus do
minis seruire. Aut enim

vnum odio habebit: ⁊ alterum diliget:
aut vnum ſuſtinebit: ⁊ alterum contē/
net. Non poteſtis deo ſeruire ⁊ mam/
mone.

CHRY. ſup mat. Superius dixerat dñs
ꝙ qui hꝫ mētē ſpiritalē: ille pōt corpus ſuum
ſeruare ſine pctō: qui autē nō habet: non po/
teſt. cuius rationē ſubiungit dicens: Nemo
poteſt duobꝰ dominis ſeruire. GLO. Vel
aliter: Quia dictum eſt ſupra ꝙ propter intē/
tionem temporalium: bona mala fiunt. vnde
poſſet aliquis dicere: Ego faciam bona: ⁊ ꝓ/
pter tpalia ⁊ propter celeſtia. Contra qđ dñs
ait: Non poteſtis duobus dominis ſeruire.
CHRY. in ho. Vel aliter: In anterioribꝰ
auariciam compreſſit tyrānidem per multa ⁊
magna ſed adhuc alia apponit ampliora. Nō
enim in hoc ſolum nobis nocent diuitie ꝙ la
trones aduerſus nos armant ⁊ ꝙ intellectuꝫ
obtenebrant: ſed etiam a ſeruitute dei nos ex
pellunt: ⁊ hoc probat a cōibus conceptionibꝰ
dicens: Nemo poteſt du. do. ſui. Duos aūt
dicit: qui cōtraria iniungunt. Concordia eniꝫ
multos vnū facit: quod oſtēditur per hoc qđ
ſubdit: Aut enim vnū odio habebit. Jō autē
duo ponit vt mōſtret facilem eſſe tranſmuta/
tionem ad melius. Si enim dicas: Seruꝰ fa/
ctus ſum pecuniarum: amando. ſ. eas mon/
ſtrat ꝙ poſſibile eſt ad aliud venire. ſ. nō ſu/
ſtinendo ſeruitutem: ſed cōtēnēdo. GLO.
Vel duo tangere videtur ſeruiētiū genera q/
dam enim ſeruiunt liberaliter ex amore: qui/
dam ſeruiliter ex timore. Si ergo aliquis ex
amore ſeruiat vni contrariorum dominoruꝫ:
neceſſe eſt vt alteruꝫ odio habeat. Si vero ex
timore ſeruiat: neceſſe eſt vt dum vnum ſuſti
net alterum contēnat. Res aūt terrena vel de
us ſi in corde hominis dominet̄: ad cōtraria
ex vtroqꝫ trahitur homo: nam deus trahit ad
ſuperiora ſibi ſeruiētē: res vero terrena ad i/
feriora: ⁊ ideo quaſi concludēs ſubdit: Non
po. deo ſer. ⁊ mā. HIE. Māmona ſermo
ne ſyriaco diuitie nūcupāt̄. Audiat ergo hoc
auarus qui cenſetur vocabulo chriſtiano: nō
poſſe ſe ſimul diuitijs chriſtoqꝫ ſeruire ⁊ tñ ñ
dixit: Qui habet diuitias: ſed Qui ſeruit di/
uitijs. Qui enim diuitiarum ſeruus eſt: diui
tias cuſtodit vt ſeruus. qui autem ſeruitutis
excuſſit iugum: diſtribuit eas vt dominus.

GLO. Per māmona etiā itelligitur diabo
lus qui preeſt diuitijs: non ꝙ poſſit eas dare
niſi quando deus permittit: ſed quia per eas
homines fallit. AVGV. de ſer. do. i mō.
Qui enim ſeruit māmone. i. diuitijs: illi vti/
qꝫ ſeruit: quibus iſtis terrenis merito ſue p/
uerſitatis prepoſitus princeps huius ſeculi a
domino dicitur. Vel aliter: qui ſint duo dñi
oſtendit cum dicitur: Non po. deo ſer. ⁊ mā.
ſcilicet deo: ⁊ diabolo. Aut ergo hūc odio ha.
homo: ⁊ al. di. i. deum. Aut al. pa. ⁊ al. cōtē.
Patitur enim durum dominum quiſqꝫ ſer/
uit māmone: ſua enim cupiditate implicatus
ſubditur diabolo: ⁊ non eum diligit. Sicut q
ancille aliene coniunctus eſt: ꝓpter concupi/
ſcentiam duram patitur ſeruitutem: ⁊ſi nō di
ligat eum: cuius ancillam diligit. Dixit autēꝫ
alterum contēnet: non odio habebit. nullus
enim vera conſciētia deū pōt odiſſe. Cōtēnit
autē. i. nō timet eū: cum quaſi de eius benita
te ſecurus eſt.

¶ Ideo dico vobis ne ſolliciti ſitis
anime veſtre quid māducetis: neqꝫ cor
pori veſtro quid iduamini. Nōne ani
ma plus eſt ꝙ̄ eſca: ⁊ corpus ꝙ̄ veſtimē/
tum.

AVGV. de ſer. do. in monte: Quia ſupe
rius docuerat dñs ꝙ qſqꝫ vult diligere deū
⁊ cauere ne offendat: nō ſe arbitret̄ duobꝰ do
minis poſſe ſeruire: ne forte ꝗuis iā ſupflua
nō querant̄: ꝓpter ipſa tñ neceſſaria cor du/
plicetur: ⁊ ad ea deflectenda torqueat̄ intētio
ſubiungit dicēs: Ideo di. vo. ne. ſol. ſi. ani.
ve. quid mandu. neqꝫ cor. ve. quid indua.
CHRY. in ho. Non hoc dicit ꝙ aīa cibo
indigeat: icorporea eſt enim: ſed ſꝫm cōem lo/
cutus eſt cōſuetudinem. aliter. n. ñ poteſt mo
rari i corpe niſi eo cibato. AVGV. Vel
animam in hoc loco ꝓ animali vita poſitā no
uerimus. HIE. In nonnullis codicibꝰ ad/
ditum eſt: neqꝫ qđ cibabis. Ergo qđ omnibꝰ
natura tribuit ⁊ iumentis ⁊ beſtijs hoībuſqꝫ
cōmune eſt: huius cura penitus liberamur.
Qđ āt h̄ dicitur de carnali cibo ⁊ veſtimēto
accipiamus. Ceterum de ſpiritalibus cibis ⁊
veſtimentis ſemper debemus eſſe ſolliciti.
AVGV. de here. Dicunt̄ āt euchite qdā
heretici opinātes monacho nō licere ſuſtētan
de vite ſue cā aliqd opari: atqꝫ ita ſeipſos ꝑ/

fieri vt omnino ab operib⁹ vacet. AUG. de operibus monachorū: Inquiunt.n.nō de hoc opere corporali i quo vel agricole vel opifices laborāt pcepit apoſtolus cu3 dixit: Qui non vult operari nō manducet. Neq3 euangelio poſſet oīno eſſe cōtrarius vbi ait dñs: Ideo dico vobis ne ſolliciti ſitis. In verbo ḡ apoſtoli predicto ſpiritalia opera debem⁹ accipere: de quibus alibi dicit: Ego plātaui: apollo rigauit. ⁊ ita ſe arbitrātur apoſtolice ⁊ euāgelice obtēperare ſnie: cum euangelium credunt de nō curāda corporali vite huius indigentia pcepiſſe: ⁊ apoſtolū de cibo ſpiritali dixiſſe. Qui non vult operari: non manducet. Prius ergo demonſtremus apoſtolū opera corporalia ſeruos dei operari voluiſſe. Premiſerat enim dicens: Ipſi ſcitis quomō oportet vos imitari: quia non inquieti fuimus inter vos neq3 panem ab aliquo gratis manducauimus ſed in labore ⁊ fatigatione die ac nocte laborantes: nequē veſtrū grauaremus: nō quia non habuimus ptātem ſed vt noſipſos formam daremus vobis qua nos imitaremini. Nam ⁊ cum eſſemus apud vos: hoc denunciabamus vobis: quoniam ſiquis ñ vult operari: nō manducet. Quid ad hoc dici poteſt qñ exemplo ſuo docuit: quid preceperit. ſ. corporaliter operando? Nam q̄ corporaliter operaret oſtēditur in actibus vbi dicit: q̄ māſit cum aquila ⁊ vxore eius pſcilla opus faciens apud illos: erāt enī tabernaculorum artifices: ⁊ tñ apoſtolo tanq̄ predicatori euangelij militi chriſti: plantatori vinee: paſtori gregis conſtituerat dñs vt de euangelio viueret qui tñ ſtipendium ſibi debitum nō exegit: vt ſe formam daret eis qui exigere indebita cupiebant. Audiant ergo qui nō habēt hāc poteſtatem: quam ille habebat: vt tm̄modo ſpiritaliter operantes manducēt panē a corporali labore gratuitum. Si autē euangeliſte ſunt: ſi miniſtri altaris: diſpēſatores ſacrorū habēt hanc ptātem: ſi ſaltem habebant aliquid in ſeculo: quo facile ſine opificio ſuſtētarēt hāc vitam: qd̄ cōuerſi ad deū indigētibus diſpartiti ſunt: ⁊ credenda eſt eorum infirmitas ⁊ ferēda. Nec attendendum in quo loco hoc qd̄ habebant impenderint: cum omniū chriſtianoꝝ ſit vna reſpu. Sed qui veniūt ad pfeſſiones ſeruitutis dei ex vita ruſticana: ⁊ ex opificum exercitio: ⁊ plebeio labore ſiquo minus operētur excuſare non poſſunt. Nullo enim modo decet vt in ea vita vbi ſenatores fiūt laborioſi: ibi fiant opifices ocioſi: ⁊ quo veniunt relictis delicijs ſuis qui fuerunt prediorum dñi: ibi ſint ruſtici delicati. At cum dñs ait: Nolite ſolliciti eſſe. non hoc dicit: vt iſta nō procurent: q̄tum neceſſitas eſt vnde honeſte poterunt: ſed vt iſta intueantur: ⁊ propter iſta faciant quicqd in euangelij predicatione facere iubentur: eam nanq3 itentionē paulo ſuperi⁹ oculum vocauerat. CHRY. in ho. Uel poteſt aliter continuari: Cum enim docuiſſet dñs pecuniam deſpicere: ne aliqui dicerēt: q̄liter poterimus viuere: ſi omnia proiecerim⁹ ſubiungit dicēs: Ideo dico vobis. GLO. ideſt cura temporali: ne retrahamini ab eternis. HIE. Precipitur ergo nobis: ne ſolliciti ſimus quid comedam⁹: qr in ſudore vultus preparem⁹ nobis panē. Ergo labor exercendus eſt: ſollicitudo tollenda. CHRY. ſuper mat. Non enim ſollicitudinib⁹ ſpiritalibus: ſed laboribus corporalibus accipiēd⁹ ē panis: qui laborantibus pro premio diligentie deo preſtante abundat: ⁊ negligentib⁹ pro pena deo faciente ſubducitur. Confirmat autem ſpem noſtram dominus: primo de maiori ad minus deſcendit dicens: Nōne anima plus eſt q̄ eſca: ⁊ corpus plus q̄ veſtimētū? HIE. Qui maiora preſtitit vtiq3 ⁊ minora preſtabit. CHRY. ſuper matth. Niſi eni3 voluiſſet conſeruari quod erat nō crearet. qd̄ autem ſic creauit: vt per eſcam ſeruetur: neceſſe eſt vt det ei eſcam: q̄diu vult eſſe quod fecit. HILA. Uel aliter: Quia corruptus circa futurorum curam: infidelium ſenſus ē calūniātium que in reſurrectione corporum ſpecies ſit futura: que in ſubſtantia eternitatis alimonia. Ideo ſubſequēter dicit: Nonne anima plus eſt q̄ eſca? Non eni3 patitur ſpē noſtram futuri in reſurrectiōe cibi ⁊ potus ⁊ veſtitus ſollicitudine demorari: ne redēpti i corpus atq3 animam contumelia in non efficiendis leuioribus inferatur.

¶ Reſpicite volatilia celi quoniam non ſerunt neq3 metunt neq3 congregāt in horrea: ⁊ pater veſter celeſtis paſcit illa. Nōne magis pluris eſtis illis? Quis autem veſtrum cogitans poteſt adijcere ad ſtaturam ſuā cubitū vnū?

CHRY. Poſtq̄ꝫ cōfirmauit ſpem noſtrā
de maiore ad minus deſcendens: deinde con
firmat de minori ad maius aſcendens cuꝫ di
cit: Reſ. vo. ce. qꝛ nō ſe. neqꝫ metunt. AV/
GV. de operibus monachorum: Quidam
ſe dicunt propterea operari non debere: quia
nec volucres celi ſemināt neqꝫ metunt. Cur
ergo non attendunt quod ſequitur: Neqꝫ cō
gregant in horrea? Cur ergo iſti manus ocio
ſas ⁊ plena repoſitoria volunt habere? cur de
niqꝫ coquunt? hec enim aues nō faciunt: aut
ſi reperiunt quibus hoc perſuadeant: vt eis
per ſingulos dies eſcas afferant preparatas:
ſaltem ſibi de fontibus aquam afferunt ⁊ re/
ponunt: qđ volatilia non faciunt. Sed ſi nec
aqua ſibi vaſa coguntur implere: ⁊ iam illos
qui tunc erant hieroſolyme nouo gradu iuſti/
cie ſupergreſſi ſunt: qui demiſſo ſibi ex gratia
frumento panem fecerunt aut facere curaue/
runt: quod aues non faciunt. Non poſſunt
autem iſta ſeruare: vt. ſ. nihil in craſtinum re
ponant qui ſe per multos dies a cōſpectu ho
minum ſeparatos ⁊ nulli ad ſe prebentes ac/
ceſſuꝫ includunt ſeipſos: viuentes in magna
intentione orationum. An forte quo ſunt ſan
ctiores: eo ſunt volucribꝰ diſſimiliores? Qđ
ergo dicit de volatilibus celi ad hoc dicit: ne
quiſq̄ꝫ putet deum ſeruorum ſuorum neceſſa
ria non curare: cum eius prouidentia vſqꝫ ad
iſta gubernanda proueniat. Neqꝫ enim non
ipſe paſcit eos qui manibus operantur: neqꝫ
etiā qꝛ deꝰ dixit: Inuoca me in die tribulatio
nis ⁊ eruam te. non debuit fugere apoſtolus:
ſed expectare vt comprehenderetur: ⁊ euꝫ de
us ſicut tres pueros de medijs ignibus libe/
raret. Sicut enim qui fugientibus ſanctis hu
iuſmodi queſtionem obijceret: reſponderent
non ſe oportuiſſe tentare deuꝫ: ſed tunc talia
deum ſi vellet eſſe facturum vt eos liberaret:
ſicut danielem a leonibus ⁊ petrum a vincu/
lis: cum ipſi quid facerent non haberent. Cū
vero eis fugam in poteſtatem dediſſet: etiam
ſi liberarentur per illam: non niſi ab ipſo li/
berari: ſic ſeruis dei valentibus manibus ſu
is victum tranſigere ſi ex euangelio mouerit
queſtioneꝫ de volatilibus que non ſeminant
neqꝫ metunt: facile reſpondebunt. Si nos ꝑ
aliquam infirmitatem vel occupationem non
poſſumus operari: ille nos paſcet ſicut aues
que nihil operantur. Cum autem poſſumus
non debemus tentare deuꝫ: quia hec que poſ
ſumus eius munere poſſumus. Et cuꝫ hic vi
uimus: illo largiente viuimus: qui largitus ē
vt poſſumus: ⁊ ille nos paſcit a quo aues pa/
ſcuntur: ſicut dicitur: Et pater veſter celeſtis
paſcit illa: nonne vos ma. plu. eſ. illis? AV
GV. de ſer. do. in monte. i. carius vos va/
letis: quia rationale animal ſicut ē homo ſubli
mius ordinatur in rerum natura q̄ꝫ irrationa
lia: ſicut ſunt aues. AVG. xi. de ciui. dei:
Pleruncqꝫ tamen carius comparatur equus
q̄ꝫ ſeruus: ⁊ gemma q̄ꝫ famula: non ratione
conſiderantis: ſed neceſſitate indigentis: ſeu
voluptate cupientis. CHRY. ſuper mat.
Omnia enim animalia deus propter homi/
nem fecit: hominem autem propter ſe. quan/
to ergo precioſior eſt hominis creatio: tanto
maior ē dei ſollicitudo de ipſo. Si ergo aues
non laborantes inueniunt eſcas: homo non
inuenit cui deus dedit ⁊ operandi ſcientiam
⁊ fructificandi ſpem. HIERO. Sunt au/
tem quidam qui dum volunt terminos patrū
excedere ⁊ ad alta volitare: in ima mergūtur.
Volatilia celi angelos eſſe volunt: ceteraſqꝫ
in dei miniſterio fortitudines que abſqꝫ cura
dei ſui alantur prouidentia. Si hoc itaqꝫ ē vt
intelligi volunt: quomodo ſequitur dictuꝫ ad
homines: Nonne vos ma. plu. eſtis illis?
Simpliciter ergo accipiunt: ꝙ ſi volatilia abſ
qꝫ cura ⁊ erumnis dei alūtur prouidētia: que
hodie ſunt ⁊ cras non erunt: quāto magis ho
mines quibus eternitas repromittitur. HI/
LA. Poteſt autem dici ꝙ ſub nomine volu
crum exemplo nos immundorum ſpirituum
hortatur: quibus ſine aliquo negocio queren/
di ⁊ congregandi: viuendi tamen tribuitur ꝺ
eterni conſilij poteſtate ſubſtantia: atqꝫ vt ad
immundos iſtud ſpiritus referatur oppoꝛtu/
ne adiecit: Nonne vos magis pluris eſtis il
lis? De comparationis preſtantia differenti/
aꝫ nequitie ⁊ ſanctitatis oſtendens. GLO.
Non ſolum autem exemplo auium: ſed expe
rimento docet ꝙ ad hoc ꝙ ſumus ⁊ viuimus
noſtra cura non ſufficit ſed diuina prouiden/
tia operatus dicens: Quis autem veſtruꝫ co
gi. poteſt adijce. ad ſtaturam ſuaꝫ cubi. vnū?
CHRY. ſuper mat. Deus enim eſt qui ꝑ
ſingulos dies incrementa corporis tui facit:
te non intelligēte. Si ergo in teipſo quotidie
dei prouidentia operatur: quomodo in neceſ

farſis tuis ceſſabit? Si aũt vos cogitãdo mo/
dicam partem corpori veſtro addere nõ pote/
ſtis: quomodo cogitãdo ſaluãdi eſtis in toto?
AVGV. de ſer. do. in monte: Vel põt re
ferri ad ſequẽtia: ac ſi diceret: Non eſſe cura
noſtra factum vt ad hãc ſtaturã veniret corpꝰ
noſtrum: ex hoc intelligi poteſt: ꝙ ſi velletis
adijcere vnum cubitum non poſſetis. Illi er/
go tegendi corporis curam relinquite cuiꝰ cu/
ra factum eſt vt eſſet tante ſtature. HILA.
Vel aliter: Sicut fidem vitalis ſubſtantie no
ſtre de documento ſpirituum ſeruauit ita opi
nionem futuri habitus iudicio cõis intelligẽ/
tie dereliquit. Cum enim vniuerſoꝝ corpo
rum que vitam hauſerunt: diuerſitateꝫ i vnũ
perfectum virum ſit excitaturus: ſolus q po/
tens ſit ad vniuſcuiuſqꝫ proceritatem cubituꝫ
vnum ꝛ alterũ tertiũue ꝑſtare: de veſtitu. i. de
ſpecie corporũ cum eius contumelia ambigi/
mus: qui vt equalem omnem hominem effi/
ciat: tantum menſure eſt humanis corporibꝰ
additurus. AVGV. vltimo de ciui. dei:
Sed ſi chriſtus in ea menſura corporis i qua
mortuus eſt reſurrexit: nefas eſt dicere cũ re/
ſurrectionis omnium tempus venerit: acceſ/
ſuram corpori eius eam magnitudinem quaꝫ
non habuit: quando in ea diſcipulis i quo no
tus erat apparuit: vt lõgiſſimis fieri poſſit eq
lis. Si autem dixerimus ad dominici corpo/
ris modum etiam minimorum maiorũqꝫ cor
pora redigenda peribit de multorum corpori
bus perplurimum: cum ipſe nec capillum pe
riturum eſſe promiſit. Reſtat ergo vt quiſqꝫ
recipiat ſuam menſuram quam vel habuit in
iuuentute: ſi ſenex eſt mortuus: vel fuerat ha
biturus ſi eſt ante defunctus. Et ideo non eſt
dictum ab apoſtolo in menſuram ſtature: ſed
in menſuram etatis plenitudinis chriſti: qꝛ re
ſurgent corpora mortuorum in iuuenili etate
ꝛ robore ad quam chriſtum perueniſſe cogno
uimus.

¶ Et de veſtimẽtis qd ſolliciti eſtis?
Conſiderate lilia agri quomodo cre/
ſcunt. Non laborant neqꝫ nent. Dico
autem vobis: quoniam nec ſalomon in
omni gloria ſua coopertus ẽ ſicut vnuꝫ
ex iſtis. Si autem fenum agri quod ho
die eſt ꝛ cras in clybanum mittitur de/
us ſic veſtit: ꝙtomagis vos modice fi/
dei?

CHRY. in ho. Poſtꝙ monſtrauit ꝙ nõ
oportet nos pro cibo eſſe ſollicitos: ad id qꝺ
locutus eſt pertranſit: neqꝫ enim ita neceſſariũ
eſt idumentum ſicut cibus. vnde dicit: Et de
veſti. quid ſolli. eſtis? Non autem hic vtitur
exemplo volucrum vt iduceret pauoneꝫ ꝛ cy
gnum: a quibus erat ſimilia exẽpla accipere:
ſed vtitur exemplo liliorum dicens: Conſide
rate lilia agri. Vult ex duobus monſtrare ſu
perabundantiam. ſ. a munificentia pulchritu
dinis: ꝛ a vilitate participantium tali decore.
AVGV. de ſer. do. in monte: Ipſa autem
documenta non ſic allegorice diſcutienda ſũt:
vt queramus quid ſignificent aues celi: aut li
lia agri: poſita ſunt eni vt de rebus minoribꝰ
maiora perſuadeant. CHRY. ſup math.
Lilia enim ſtatuto tẽpore formantur in fron/
tibus: veſtiuntur candore: implẽtur odoribꝰ.
Et qꝺ terra radici nõ dederat: deus inuiſibili
operatione largitur. In omnibus autem ea/
dem plenitudo ſeruatur: vt nõ ab euentu fcã
putentur: ſed dei prouidentia intelligantur eẽ
diſpoſita. Dicendo autem: Nõ laborant: vi/
ros confortat. Dicẽdo vero: Neqꝫ nent: mu
lieres. CHRY. in ho. Hec autem dicẽs
nõ opus ꝓhibuit: ſed ſollicitudinem: ſicut et
ſupra cum de ſeminatiõe loqret. CHRY.
Et vt magis dei prouidentiam in ipſis com/
mendet: que omnẽ ſuperat humanã iduſtriã
ſubdit: Dico autem vobis quoniam neqꝫ ſa/
lo. i om. glã ſua cooper. eſt ſicut vnũ ex iſtis.
HIE. Reuera eni quod ſericum: que regũ
purpura: que pictura põt floribus cõparari?
Quid ita rubet vt roſa? Quid ita candet vt li/
lium? Viole vero purpuram nullo ſuperari
murice: oculorum magis ꝙꝫ ſermonis iudici/
um eſt. CHRY. in ho. Quantũ eni veri/
tatis ad mendacium tñ veſtimentorũ ꝛ florũ
dřia eſt. Si ergo ſalomon a floribꝰ ſupatꝰ eſt:
qui omnibus regibus fuit preclarior: ꝙto tu
veſtimentis poteris vincere florum decoreꝫ?
Eſt autem ſalomon ſuperatus a florum deco
re non ſemel tantum neqꝫ bis: ſed per totum
tps ſui regni. Et hoc eſt qꝺ dicit: In oi glo/
ria ſua. qui nec in vno die ita decoratus ẽ vt
flores. CHRY. ſup math. Vel hoc dicit:
quia ſalomon ꝛſi non laborabat: tñ iubebat.

Vbi autem iuſſio: illic ⁊ miniſtrantium offē/
ſa: ⁊ iubentis ira frequenter inuenitur. hec āt
quando neſciūt: ſic ornant̄. HILA. Vel li/
lia intelligēda ſunt angelorum celeſtiū clarita
tes: quibus a deo glorie candor indutus eſt.
Nō laborāt autez neqꝫ nent quia virtutes an
gelorum ex ea quam adepte ſunt originis ſue
ſorte vt ſint ſemper accipiunt: ⁊ cum in reſur
rectione ſimiles homines angelis erunt ſpe/
rare celeſtis glorie voluit operimētum: exem
plo angelice claritatis. CHRY. ſup math.
Si autem floribus terrenis ſic occurrit deus:
qui nati ſūt: vt tantūmodo videant̄ ⁊ pereāt:
homines negliget: quos ſic creauit vt non ꝑ
tempore videantur: ſed vt perpetuo ſint. Et
hoc eſt quod dicit: Si autem fenū agri qđ ho/
die eſt ⁊ cras in clybanū mittitur deus ſic ve/
ſtit: q̄ꝫtomagis vos modice fidei? HIER.
Cras autem in ſcripturis futurum tempus i
telligitur dicente iacob: Exaudiat me cras iu
ſticia mea. GLO. Alij libri habent i ignē:
vel in aceruū q hꝫ ſpēm clybani. CHRY.
in ho. Non autem lilia iam ea vocat: ſed fe/
num agri: vt eorum vilitatem oſtendat. Sed
⁊ aliam vilitatem apponit dicens: que hodie
ſunt: ⁊ nō dixit Cras non erūt: ſed qđ ē mul/
to deficientius ꝙ in clybanū mittitur. Qđ au
tem dicit. Quātomagis vos. occulte inſinua/
tur humanu generis honor ac ſi diceret: Vos
quibus animam dedit: corpus plaſmauit: ꝓ/
phetas miſit: ⁊ vnigenitum filium tradidit.
GLO. Dicit autem Modice fidei: qꝛ mo/
dica fides eſt que nec de minimis certa eſt.
HILA. Vel ſub feni nomine gentes nun
cupantur. Si igitur gentibus idcirco tm̄ idul/
getur eternitas corporalis vt mox igni iudicij
deſtinentur: q̄ꝫ prophanum eſt ſanctos đ glo
ria eternitatis ambigere cum iniquis eternita
tis opus preſtetur ad penā? REMI. Spiri
taliter autem ꝑ volatilia ſancti viri deſignant̄
qui ex aqua ſacri baptiſmatis renaſcunt̄: ⁊ de
uotione terrena deſpiciunt: ⁊ celeſtia petunt
quibus pluris dicuntur eſſe apoſtoli: quia ꝓn
cipes ſunt omnium ſanctorum. Per lilia ēt
ſancti viri intelliguntur: qui abſqꝫ labore le/
galium cerimonialium ſola fide deo placue/
runt: de quibus dicitur: Dilectus meus mi/
hi paſcitur inter lilia. Sancta etiam eccleſia ꝑ
lilium intelligit̄: propter candorē fidei: ⁊ odo
rem bone cōuerſationis: de qua dicit̄: Sicut
lilium inter ſpinas. Per fenum deſignant̄
īfideles: de quibus dicitur: Aruit fenū ⁊ flos
eius cecidit. Per clybanum eterna damna/
tio: vt ſit ſenſus: Si deus infidelibus tribuit
bona temporalia: quātomagis tribuet nobis
eterna.

¶ Nolite ergo ſolliciti eſſe dicentes
quid māducabimus: aut quid bibem⁹:
aut quo operiemur. Hec enim omnia
gentes inquirunt. Scit enim pater ve/
ſter quia his omnibus indigetis. Que
rite ergo primum regnum dei ⁊ iuſti/
ciam eius ⁊ hec omnia adijcientur vo/
bis.

GLO. Poſtq̄ꝫ ſigillatim de victu ⁊ veſti/
tu ſollicitudinem excluſerat argumento ab in
ferioribus ſumpto: hic conſequenter vtrunqꝫ
excludit dicēs: Nolite ergo ſolliciti eſſe dicē/
tes: quid manducabimus aut quid bibemus:
aut quo operiemur? REMI. Ideo autem h
dn̄s repetiuit: vt oſtenderet hanc rē eē per ne
ceſſariam: ⁊ vt artius eā i cordib⁹ nr̄is incul/
caret. RA. Notādū vero ꝙ nō ait: Nolite
querere aut ſolliciti eſſe de cibo aut potu aut
idumēto: ſed Quid māducetis aut qđ biba/
tis: aut qđ veſtiamini. vbi mihi vident̄ argui
qui ſumpto victu vel veſtimēto cōi lautiora ci
bi vel auſteriora his cū qbus vitā ducunt ali
menta vel idumēta reqrūt. GLO. Eſt etiā
alia ſollicitudo ſuperflua ex vitio hominū qui
fructus ⁊ pecuniam pluſq̄ꝫ neceſſe eſt reſer/
uāt: ⁊ dimiſſis ſpiritalib⁹ illis intenti ſūt quaſi
de bonitate dei deſperātes: ⁊ h ꝓhibet̄. vnde
ſubdit̄: Hec eni oīa gētes reqrūt. CHR.
ſup math. Quia i rebus hūanis fortunā cre/
dunt eē nō ꝓuidētiā neqꝫ iudicio dei vitas ſu
as gubernari exiſtimāt: ſꝫ icerto duci euētu.
Et iō merito timēt ⁊ deſperāt quaſi q nemi/
nē hñt gubernātez. Qui āt credit ſe dei iudi/
cio gubernari: eſcā quidē ſuā i manu dei cō/
mittit. vn̄ ſequit̄: Scit. n. pater veſter qꝛ his
omnib⁹ idigetis. CHRY. i homi. Nō āt
dixit deus: Scit deus: ſed Scit pater veſter:
vt eos i maiorē ſpē ducat. ſi. n. pater ē: nō po/
terit deſpicere filios cū nec hoīes pr̄es hoc ſu
ſtineāt. Dic āt: Qm̄ his oīb⁹ idigetis vt ma
gis ſollicitudinē abijcias: qꝛ neceſſaria ſunt.
Qualiter. n. ē pr̄ q ſuſtinet ēt neceſſaria filijs

ſ dare? Si āt eēnt ſupflua: nō ita oporteret cō/
fidere. AVG. xv. de trini. Nō āt iſta ex ali
quo tpe cognouit deꝰ ſʒ futura oīa tpalia: atqꝫ
in eis ēt qđ ⁊ qñ ab illo petituri eramus: ſine
initio añ pſciuit. AVGV. xij. de ciui. dei:
Qđ āt dicūt qdā hec dei ſciētia nō poſſe com
prehēdi: qr īfinita ſūt: reſtat eis dicere ꝙ non
oēs numeros deus nouerit: quos īfinitos eē
certiſſimū eſt. Infinitas āt numeri nō ē icom
prehenſibilis ei: cuius itelligētie ñ eſt nume/
rus. Quapropter ſi qcqđ ſcia cōprehēdit ſciē
tis cōprehenſiōe finitur: pfecto oīs infinitas
quodā ineffabili mō deo finita ē: qr eiꝰ ſcie in
cōprehenſibilis nō eſt. GREGO. neſenꝰ
i libro de hoie: Qm̄ āt ē ꝓuidētia p huiuſmo
di ſigna demōſtrat. pmanētia eni vniuerſoꝝ
⁊ marie eoꝝ que ſūt in generatōe ⁊ corruptio
ne ⁊ poſitio ⁊ ordo eoꝝ que ſūt: ſemꝑ cuſtodi
turus ſm eūdē modū qliter pficeret nullo ꝓ/
uidēte? Sed qdā dicūt deo curā eē exiſtētium
pmanētie in vniuerſali: ⁊ huius ſoliꝰ ꝓuidē
tiam hr̄e. Singularia vero fieri vt cōtingit.
Tres āt cās ſolas vtiqꝫ qs diceret nō fiēdi pro
uidētiā ſingulariū: Aut eni hoc qđ ē ignora/
re deum: qm̄ bonū ē particulariū diligētiā ha
bere: aut nō velle: aut nō poſſe. Sed ignoran
tia omnino aliena eſt a beata ſubſtantia. Qua
liter enim latebit deum quod nec homo ſapi/
ens ignorabit: ꝙ ſingularibus deſtructis vni
uerſalia deſtruentur? Nihil autem prohibet
omnia idiuidua perire: nulla ꝓcurāte poten/
tia. Si aūt nō vult: ꝓpter duas fit cās: aut ꝓ
pter pigritiā: aut ꝓpter indecētiam. Pigritia
autē a duobus generatur: aut enim voluptate
aliqua attracti pigritamur: aut ꝓpter timoreꝫ
deſiſtimus: quoꝝ neutrū fas eſt cogitare de
deo. Si aūt dicāt nō decere deū: idignū enim
eē tāte btitudinis puis cōdeſcēdere: qualiter
nō incōueniens ē artificem qdē ꝓcurātē vni/
uerſalia: nihil pticulariū neqꝫ paruiſſimū de/
relinquere ſine ꝓcuratione: ſciētē ꝙ ad totum
perficit pars: cōditorē xo deū artificibꝰ enū/
ciare idoctiorē? Si aūt nō pōt ibecillis ē deꝰ
⁊ ipotēs benefacere. Si vero icōprehenſibi/
lis nobis eſt ſingulariū ꝓuidētie rō: nō ꝓpte/
rea oportet dicere qr nō ē ꝓuidētia: ita eni di/
cerēt: qr numerū hominū ignoramꝰ: neqꝫ ho
mines eē. CHRY. ſup math. Sic ergo q
credit ſe dei iudicio gubernari: eſcā ſuā i ma/
nu dei cōmittat: cogitet aūt de bono ⁊ malo:
de quo niſi ſollicitus fuerit neqꝫ malū fugiet
neqꝫ bonū apprehēdet. Et iō eo ſubdit: Que
rite aūt pmū regnum dei ⁊ iuſticiā eius. Re/
gnum dei ē retributio bonoꝝ operū. Iuſticia
aūt eius: via pietatis p quā itur ad regnū. Si
ergo cogites qlis erit gloria ſcōꝝ: neceſſe eſt
vt aut ꝓpter timorē pene recedas a malo: aut
ꝓpter deſideriū glorie feſtines ad bonū. Et
ſi cogitaueris que ſit dei iuſticia: qđ. ſ. odit de
us ⁊ quid amat: iuſticia ipſa oſtēdit tibi vias
ſuas ꝗ amātes ſe ſequr. Non aūt daturi ſu/
mus ratione ſi pauperes ſumꝰ aut diuites: ſʒ
ſi bene vel male egerimus: qđ ē in nr̄o arbi/
trio. GLO. Vel dicit iuſticiā eiꝰ. q. di. vt p
eum nō per vos iuſti ſitis. CHRY. ſuper
math. Terra āt etiā ꝓpter pctā hoiūʒ maledi
citur: vt non germinet: ſm illud. Maledicta
terra in opere tuo. benedicitur aūt cum bona
fecerimus. Quere ergo iuſticiā ⁊ nō deerit ti
bi panis. Vnde ſequit: Et hec oīa adijcient
vobis. AVGV. de ſer. do. in mōte. ſ. tē/
poralia ꝗ maniſeſte hic oñdit non eſſe talia bo
na noſtra ꝓpter ꝗ benefacere debeamus: ſed
tñ neceſſaria eē. Regnū xo dei ⁊ iuſticia eiꝰ
bonum noſtrū eſt: vbi finis cōſtituendus eſt.
Sed quia in hac vita militamus vt ad illud
regnuʒ peruenire poſſimus que vita ſine his
neceſſarijs agi non poteſt: apponentur inqt
hec vobis. Cum autem dixit illud Primuʒ:
ſignificauit quia hoc poſterius querendum ē
non tempore ſed dignitate: illud tanqꝫ bonū
noſtrum: hoc tanqꝫ neceſſariuʒ eſt. Neqꝫ . n.
verbi gratia debemus euangelizare vt man/
ducemus: quia ſic vilius haberemus euange
lium ꝙ cibum: ſed ideo mādcamus: vt euā
gelizemus. Querentibus aūt primum regnū
dei ⁊ iuſticiam eius. i. hoc preponentibus ce/
teris rebus: vt hoc propter cetera queramus:
non debet ſubeſſe ſollicitudo ne neceſſaria de
ſint. ⁊ ideo ait: Hec oīa adijcietur vobis. i.
cōuenienter ſine vllo vr̄o ipedimēto: ne cū iſta
queritis: illic auertamini: aut duos fines con
ſtituatis. CHRY. in ho. ⁊ nō dixit: Da/
būtur: ſed apponētur: vt dicas qr pñtia nihil
ſūt ad magnitudinē futuroꝝ. AVGV. de
ſer. do. in monte: Cum aūt legimus in fame
⁊ ſiti apoſtolū laboraſſe: nō exiſtimemus hic
dn̄i promiſſa titubaſſe: quādoquidem iſta ſint

adiutoria. Medicus iſte cui nos totos cõmiſi
mus: nouit quando apponat ⁊ quando detra
hat ſicut nobis indicat expedire. Si enim no
bis aliquando defuerint: quod plerunqꝫ pro
pter noſtram exercitationem deus ſinit non
debilitat propoſitum noſtrum ſed exaiatum
confirmat. Nolite ergo ſolliciti eſſe in craſti/
num. Craſtinus. n. dies ſollicitus eſſe erit ſi
biipſi. Sufficit eni diei malicia ſua. GLO.
Prohibuerat ſollicitudinem preſentium re/
rum modo prohibet ſollicitudinem futuroꝝ:
variam ex vitio hominum prouenientem cuꝫ
dicit: Nolite ergo ſolliciti eſſe in craſtinum.
HIERO. Cras in ſcripturis futuꝝ tp̄s i
telligitur: dicente iacob: Exaudiet me cras iu
ſticia mea. ⁊ in ſamuele phãtaſmate phitoniſ/
ſa loquitur ad ſaulem. Cras erit mecum. de
preſentibus ergo conceſſit debere eſſe ſollici/
tos qui futura prohibet cogitare. Sufficit. n.
nobis preſentis tp̄is cogitatio. Futura q̄ icer
ta ſunt deo relinquamus. Et hoc eſt qđ dicit:
Craſtinus eniꝫ dies ſollicitus erit ſibiipſi. i.
ipſe afferet ſollicitudinem ſuam ſecum. Suf/
ficit enim diei malicia ſua. Hic maliciam nõ
contrariam virtuti poſuit: ſed laborem ⁊ affli
ctionem ⁊ anguſtiã ſeculi. CHRY. in ho.
Nihil enim ita dolorem infert anime: vt ſol/
licitudo ⁊ cura. Cum autem dicat ꝙ craſtina
dies erit ſollicita de ſeipſa: volens manifeſti/
us facere quod dicitur: Proſopopeiam facit
temporis ſ̄m multoꝝ conſuetudinem loquẽs
ad plebem imperfectam. vt enim eos magis
moueat: ipſos dies conquerentes inducit pro
ſuperflua cura. Nunquid enim dies non ſuf
ficiens habet onus. i. curam ſuam: quid igiẗ
eum aggrauas magis: curam que pertinet ad
alium diem apponendo? CHRY. ſuper
matth. Vel aliter: Per hodie hec ſoluꝫ ſigni
ficantur: que habemus in vita preſenti neceſ/
ſaria. Qđ autem dicit Cras: quod ſuperfluũ
eſt oſtendit. dicit ergo: Nolite ſolliciti eſſe in
craſtinum: ideſt nihil curetis ſuper id habere
quod neceſſarium eſt vobis: ad vitam quoti/
dianam. Quod enim ſuperfluum fuerit qđ ẽ
cras curabit ſe. Et hoc eſt quod dicit: Craſti/
nus enim dies ſollicitus erit ſibiipſi: ac ſi di/
cat: Superflua cum cogitaueris: ipſe ſe cura/
bunt: te quidem eis nõ fruente inuenient do
mines multos qui ea procurent. Quid ergo
curas de illis quorum poteſtatem es alijs di/
miſſurus? Sufficit eniꝫ diei malicia ſua. q. d.
Sufficit tibi labor quem pateris propter ne/
ceſſaria: noli de ſuperfluis laborare. Vel ali/
ter: AVGV. de ſer. do. in monte: Nõ di/
citur craſtinus dies niſi in tempore vbi prete
rito ſuccedit futurum: Ergo cum aliquid bo
ni operamur nõ terrena: ſed eterna cogitemꝰ
craſtinus eniꝫ dies ſollicitus erit ſibiipſi. i. cũ
oportuerit ſumas cibuꝫ ⁊ huiuſmodi. ſ. cum
neceſſitas vrgere ceperit. Sufficit enim diei
malicia ſua. i. ſufficit ꝙ iſta ſumere vrgebit ne
ceſſitas: quam maliciam nominat: q2 penalis
eſt nobis: pertinet enim ad mortalitatem quã
peccando meruimus. huic ergo pene tempo/
ralis neceſſitatis noli addere aliquod grauiꝰ
vt non ſolum eam patiaris: ſed etiaꝫ propter
hanc explendam milites deo. Hic eſt cauen/
dum: ne cum viderimus aliquem ſeruum dei
prouidere: ne iſta neceſſaria deſint: vel ſibi
vel eis quorum cura ſibi commiſſa eſt: iudi/
cemus eum contra domini precepta facere: ⁊
de craſtino eſſe ſollicitum. nam ⁊ ipſe domi/
nus cui miniſtrabãt angeli: propter exemplũ
loculos habere dignatus ẽ. Eſt i actibus apo
ſtolorum ſcriptum ea que ad victum ſunt ne/
ceſſaria: procurata eſſe in futurum propter i/
minentem famem. non ergo hoc dominus i/
crepat: ſiquis humano more iſta procuret: ſed
ſiquis propter iſta nõ militet deo. HILA.
Hoc etiam totum ſub dicti celeſtis ſignifican
tia continetur. Iubemur igitur non ambire đ
futuris. Satis. n. vite noſtre malicia dierum
quibus viuimus. ſ. peccata ſufficiunt: vt con
tra hec purganda omnis vite noſtre medita/
tio: laborqꝫ verſetur. Ceſſante autem cura no
ſtra ipſa futura ſollicita ſunt dum nobis eter
ne claritatis ꝓfectus deo procurãte ꝓponiẗ.

## ¶ Dominica. xvi. Luce. vij. cap.

IBat ieſus i ciuitatẽ que
vocatur naym: ⁊ ibant cũ
illo diſcipuli eiꝰ: ⁊ turba
copioſa. Cum autem ap
propinquaret porte ciui/
tatis: ecce defunctus efferebatur filius
vnicus matris ſue. Et hec vidua erat

⁊ turba ciuitatis multa cum illa. Quā
cum vidiſſet ieſus miſericordia motus
ſuper eam dixit illi: Noli flere. Et ac/
ceſſit ⁊ tetigit loculum. Hi autem qui
portabant ſteterūt. Et ait: Adoleſcēs:
tibi dico ſurge. Et reſedit qui erat mor
tuus ⁊ cepit loqui: ⁊ dedit illum matri
ſue. Accepit autem omnes timor: ⁊ ma
gnificabant deum dicentes: Quia pro
pheta magnus ſurrexit i nobis: ⁊ quia
deus viſitauit plebem ſuam.

CHRY. Mira dñs miris annectit: ⁊ ſu/
pra quidē accerſitꝰ occurrit: hic vero nō voca
tus accedit. vñ dr̄ ibat in ciui. q̄ vocat̄ naym.
BE. Naym ē ciuitas galilee i ſecūdo milia/
rio montis tabor. diuino aūt nutu multa tur/
ba dñm comitat̄: vt multi eſſent tanti miracu/
li teſtes. vñ ſequit̄: Et ibant cū illo diſcipuli
eiꝰ ⁊ turba copioſa. GRE. niſenus: Re/
ſurrectiōis aūt experimentū nō ita verbis ſicut
opibus a ſaluatore didicimꝰ q ab inferiorībꝰ
ichoās opus miraculi: fidē noſtraꝫ aſſuefacit
ad maiora. Primo qdē in egritudine deſpa/
ta fui cēturionis: reſurrectionis incepit pote
ſtatē poſt hec altiori poteſtate ducit hoīes ad fi
dē reſurrectōis: dū ſuſcitauit filiū vidue: q fe
rebat̄ ad monumētū. vñ ſequitur: Cū aūt ap
propi. por. ciui. ecce defun. effere. fi. vni. ma
tris ſue. Diceret. n. aliqs de puero centurio/
nis: qꝛ moriturus nō erat vt igit̄ temerariam
linguā cōpeſceret: iam defuncto iuueni: xp̄m
obuiare fatet̄ vnico filio vidue. nā ſequit̄: Et
hec vidua erat: ⁊ tur. ciui. mul. cū illa. Erūne
moleꝫ breuibꝰ xbis explicuit. Mater vidua
erat ⁊ nō ſperabat vlterius filios ꝓcreare: nō
hēbat in quē aſpectū dirigeret vice defuncti:
hūc ſolū lactauerat ſolus aderat alachritatis cā
i domo: qcqd matri dulce ac precioſum hic ſo
lus extiterat. CIRYL. Miſeranda paſſio
⁊ ad fletum ⁊ lachrymas potens prouocare.
vnde ſequitur: Quam cum vidiſ. do. miſe.
motus ſuper eam dixit illi: noli flere. BE/
DA. q. d. Deſiſte quaſi mortuum flere quē
mox viuum reſurgere videbis. CHRY.
Iubens autem ceſſare a lachrymis qui conſo
latur meſtos: monet nos preſentibus defun/
ctis conſolationem recipere reſurrectionē ſpe
rantes: tenet autē feretrum vita obuians mor
ti. vnde ſequitur: Et acceſſit ⁊ tetigit locu. hi:
au. qui porta. ſteterunt. CIRYL. Ideo au
teꝫ non ſolo verbo peragit miraculum: ſed ⁊
feretrum tangit: vt cognoſcas efficax eſſe ſa/
crum chriſti corpus ad humanaꝫ ſalutem: eſt
enim corpus vite ⁊ caro verbi omnipotentis
cuius habet virtutem. ſicut enim ferrum ad/
iunctum igni perficit opus ignis: ſic poſtq̄ꝫ
caro vnita eſt verbo quod viuificat omnia: ip
ſa quoqꝫ facta eſt viuificatiua ⁊ mortis. TY
TVS. Non autem ſaluator ſimilis eſt he/
lie deflenti filium ſaraptane: nec qualis heli/
ſeus: qui proprium corpus applicuit corpori
defuncti: nec qualis eſt petrus: qui pro thabi/
ta orauit: ſed ipſe eſt qui non entia velut entia
vocat: qui mortuos vt viuos alloqui poteſt.
vnde ſequitur: Et ait adoleſcens tibi dico ſur
ge. GREGO. niſenus: Qui dixit adole/
ſcentem: florentis ſignificauit temporis horā
primam producentem lanuginem: qui paulo
ante mulcebris erat maternoꝝ oculorum aſpe
ctui: iam aſpirans ad tempus ſponſaliuꝫ vir
ga generis: ſucceſſionis ramus: baculus ſe/
nectutis. TITVS. Incontanter autem ere
ctus eſt cui ſunt mandata directa. diuina eniꝫ
poteſtas eſt irrefragabilis: nulla mora: nulla
orationum inſtantia. vnde ſequitur: Et reſe/
dit qui erat mor. ⁊ ce. lo. ⁊ dd̄it illū matri ſue.
Indicia ſunt hec vere reſurrectionis corpus
enim exanime loqui non poteſt. nec reportaſ
ſet mulier ad domum defunctum filium ina/
nimatum. BEDA. Pulchre autem euan/
geliſta dominum prius miſericordia motum
eſſe ſuper matre ac ſic filium reſuſcitare teſta/
tur: vt in vno nobis exemplum imitande pie
tatis oſtenderet: in altero fidem mirande po/
teſtatis aſtrueret: vnde ſequitur: Accepit au/
tem omnes ti. ⁊ magnificabant deum dicen/
tes: qꝛ ꝓpheta magnus ſur. in nobis: ⁊ qꝛ de
us viſitauit plebem ſuaꝫ. CIRYL. Hoc
magnuꝫ fuit in populo inſenſibili ⁊ ingrato:
poſt modicū. n. nec ꝓphetā nec ad vtilitatem
populi ꝓcedere ipꝫ exiſtimauit. Neminē aūt
habitantiū iudeam hoc miraculum latuit. vn/
de ſequitur: Et exijt h̄ ſermo in vniuerſaꝫ iu
deam: ⁊ in omnem circa regionem. AM/
BRO. Idoneum autem eſt dicere: qꝛ ſeptē
reſurrectiones ante dominicam narrant̄: qua
rum prima eſt filij ſaraptane: ſecunda filij ſu

namitis: tertia q̄ fcā ē in reliquijs heliſei: q̄r/
ta q̄ facta ē i naym: qnta filie archiſynagogi:
ſexta lazari: ſeptima in chriſti paſſione: multa
namq3 corpora ſanctoꝝ ſurrexerūt. octaua eſt
chriſti qui expers mortis remanſit vlterius in
ſignum q̄ cōis reſurrectio q̄ morte futura eſt
in octaua etate: non tolletur morte: ſed indiſſo
lubilis permanebit. BEDA. Defunct⁹ aūt
q extra portā ciuitatis multis ē ītuentibus ela
tus. ſignificat hoīem letali funere criminū ſo
poratum ⁊ aīe mortē non cordis adhuc cubili
tegentē: ſed ad multoꝝ noticiā per locutionis
operiſue iudicium quaſi ꝑ ciuitatis hoſtia pro
palantē. Portam enim ciuitatis puto aliquē
de ſenſibus eſſe corporalibus: qui bene filius
vnicus matris ſue fuiſſe perhibetur: q̄r vna ē
ex multis perſonis collecta mater eccleſia. vi/
duam aūt eſſe eccleſiam: ois aīa que ſe domi/
ni morte redemptā meminit agnoſcit. AM
BRO. Hanc enim viduā populoꝝ turba
circunſeptā plus video eſſe q̄3 feminam que
reſurrectionē vnici adoleſcētis filij a pompa
funeris reuocat: ad vitā ſuaꝝ contemplatio/
ne lachrymarum: que flere prohibetur eū cui
reſurrectō debebatur. BEDA. Vel nouati
dogma confundit: qui dum penitentiū mun/
dationē euacuare conatur: matrem eccleſiā de
natoꝝ ſuoꝝ ſpiritali extinctione plorantē ſpe
vite reddende negat conſolari debere. AM
BRO. Hic aūt mortuus in loculo materia
libus quattuor ad ſepulchrū ferebatur elemē/
tis: ſed ſpem reſurgendi habebat: q̄r ferebat i
ligno: qđ ⁊ ſi nobis ante non proderat: tamē
poſteaq3 chriſtus id tetigit: proficere cepit ad
vitā: vt eſſet idicio ſalutē populo ꝑ crucis pa
tibulū3 refundendā. In ſecreto enim iacem⁹
exanimes: cū vel ignis in modice cupiditatis
exeſtuat: vel frigidus humor crūdat: ⁊ pigra
quadā3 corporis habitudine vigor hebetatur
animoꝝ. BEDA. Vel loculus in quo mor
tuus effertur male ſecura deſperati corporis
conſcientia eſt. q vero ſepeliendū portant: vel
imunda deſideria vel blandimēta ſunt ſocio/
rum: qui dn̄o loculum tangente ſteterunt: q̄r
ſuperni formidine iudicij tacta cōſcientia: car
nales ſepe voluptates ⁊ iniuſte laudātes coer
cens ad ſe reuertitur: vocantiq3 ad vitam re/
ſpōdet ſaluatori. AMBRO. Si ergo gra
ue peccatum eſt: qđ penitentie tue lachrymis
ipſe lauare non poſſis: fleat pro te mater eccle
ſia: aſſiſtat ⁊ turba iam reſurgens a funere: ⁊
incipiens alia vita loqui timebunt oēs: vni⁹
enim exemplo oēs corrigunt. Laudabunt ē ⁊
deu3 qui tanta nobis remedia vitāde mortis
indulſit. BEDA. Viſitauit aūt deus plebē
ſuā: non ſolum ſemel verbum ſuū incorpo/
rando: ſ3 ſemꝑ in corda mittēdo. THEO.
Viduam ēt potes intelligere aiam virū amit
tentem. i. diuinum ſermonem: filius enim eſt
intellectus qui extra ciuitatem effertur viuen/
tium. Loculus eius eſt corpus eius qđ qdem
dixerunt eſſe per ſepulchrum. Tangens autē
eum dn̄s eleuat ipſu3 iuueneſcere faciens eū
qui ſurgens a peccato īcipit loqui ⁊ alios edo
cere. Non enim prius ei crederetur.

¶ Dominica. xvij. Luce. xiiij. cap.

CUm intraret ieſus in do
mum cuiuſdam principis
phariſeorum ſabbato mā
ducare panem: ⁊ ipſi ob/
ſeruabant eum. Et ecce
homo quidam hydropicus erat ante il
lum. Et reſpondens ieſus dixit ad le/
giſperitos ⁊ phariſeos: Si licet ſabba/
to curare. At illi tacuerunt. Ipſe vero
apprehenſum ſanauit eum ac dimiſit.
Et reſpondens ad illos dixit: Cuius
veſtrum aſinus aut bos in puteum ca/
det: ⁊ non continuo extrahet eum die
ſabbati. Et non poterant ad hec reſpō
dere illi.
CIRYL. Quamuis domin⁹ maliciā pha/
riſeoꝝ cognoſceret: tamen eorum fiebat con/
uiuia vt ꝓdeſſet preſentibus per verba ⁊ mi
racula. vnde ſubditur: cu3 intra. in do. cu. ꝓn
ci. pha. ſab. man. pa. ⁊ ipſi obſer. eū. ſi. ſ. reue
rentiā legis contēneret. ⁊ an qcq3 prohibitoꝝ
faceret in die ſabbati. Itaq3 hydropico veni/
ente in mediū: interrogatione reprehendit in
ſolentiā phariſeorum: eū arguere volentium.
vnde dicitur. Et ecce homo quidē hydropic⁹
erat ante illu3. Et rn̄dens ieſus dixit ad legis
peritos ⁊ phariſeos: ſi licet ſabbato curare.
BEDA. Quod dicitur reſpondiſſe ieſus:

ad hoc reſpicit qḋ premiſſum eſt: Et ipſi ob/
ſer. cuȝ. Dominus. n. nouit cogitationes ho
minum. THEO. In ſua aūt interrogatiōe
deridet eos ſicut amentes: deo. n. benedicen
te ſabbatuȝ: ipſi prohibent operari bona ī co.
dies aūt que bonorum operam non admittit:
maledicta eſt. BEDA. Sed merito interro
gati tacent: qꝛ contra ſe dictum quicquid dixe
rint vident. Nam ſi licet ſabbato curare: qua
re ſaluatoreȝ an curet obſeruant? ſi non licet:
quare ipſo ſabbato pecora curant. vnde ſequi
tur: At illi tacuerūt. CIRYL. Neglectis
igitur iudeorum inſidijs: liberat a morbo hy
dropicum: qui metu phariſeoꝛuȝ remedia nō
poſtulabat propter ſabbatum: ſed ſolum aſta
bat vt ex aſpectu miſertus eius ſaluaret eum.
Quod dominus cognoſcens nō poſtulat ab
eo ſi vellet ſaluus fieri: ſed protinus eum ſa/
nauit. vnde ſequitur: Ipſe vero app̄. ſana. cū
ac dimiſit. THEOPHI. In quo nō hoc
proſperit dominus: ne ſcādalizaret phariſe/
os: ſed vt benefaciat egēti remedijs: docet. n.
nos cum magna reſultat vtilitas non curare
ſi ſtulti ſcādalizentur. CIRYL. Sed quia
phariſei inepte tacuerunt: ſoluit chriſtus infle
xibilem eorum imprudentiam conſiderationi
bus ſerijs ad hoc viens. vnde ſequitur: Et
reſpon. ad il. dixit: Cu. ve. aſi. aut bos i pu.
ca. ⁊ non cō. ex. il. die ſabbati. THEO/
PHI. q. d. Si prohibuit lex miſereri in ſab
bato: ne curam habeas filij tui periclitantis i
ſabbato: ſed quid dico filij quando nec boueȝ
preteris ſi periclitantem videris? BEDA.
In quo ſic obſeruatores ſuos phariſeos con/
uincit: vt eoſdem etiam auaritie condemnet:
qui in liberatione animalis ſue auaricie conſu
lebant. Quanto ergo magis chriſtus homi/
nem qui multo melioꝛ eſt pecore debuit libera
re. AVGV. de con. euan. Congruenter
autem hydropicum animali quod cecidit i pu
teum comparauit: humore. n. laboꝛabat: ſicut
illam mulierem quam alligataȝ dixerat ⁊ ipſe
ſoluebat comparauit iumento quod ſoluitur
vt ad aquam ducatur. BEDA. Competēti
ergo exemplo ſoluit queſtionem: vt oſtendat
eos violare ſabbatum in opere cupiditatis q
eum violare arguerunt in opere charitatis.
vnde ſequitur: Et nō po. ad hoc reſpon. illi:
Myſtice auteȝ hydropicus cōparatur ei quē
fluxus carnalium voluptatum exuberans ag
grauat. hydropicus. n. morbus ab aquoſo hu
more vocabulum trahit. AVGV. de que.
euan. Vel hydropicuȝ recte comparamus di
uiti auaro ſicut. n. ille quantomagis abundat
humore inordinato: tanto amplius ſitit: ſic ⁊
iſte quanto eſt copioſioꝛ diuitijs quibus non
bene vtitur: tanto ardentius talia concupiſcit.
GREGO. xiiij. mo. Recte ergo hydro/
picus ante phariſeum curatur: quia per alteri
us egritudineȝ corporis in altero exprimitur
languoꝛ ſeu egritudo cordis ⁊ mentis. BE/
DA. Bene autem in exemplo bouem ⁊ aſi
num nominat: vt vel ſapientes ⁊ hebetes: vł
vtrunqȝ populum ſignificet. ſ. iudeum iugo
legis preſſum: ⁊ gentileȝ nulla ratione domi
tuȝ: omnes. n. a puteo concupiſcentie demer
ſos dominus extrahit.

¶ Dicebat aūt ⁊ ad īuitatos parabo
lam: intendens quomodo primos accu
bitus eligerent: dicens ad illos: Cum
inuitatus fueris ad nuptias non diſcū
bas in primo loco: ne forte honoratioꝛ
te ſit inuitatus ab illo: ⁊ veniens is qui
te ⁊ illum vocauit dicat tibi: da huic lo
cum: ⁊ tunc incipias cum ruboꝛe nouiſ
ſimum locum tenere. Sed cum vocatꝰ
fueris: vade recumbe ī nouiſſimo loco.
vt cum venerit qui te inuitauit dicat ti
bi. Amice aſcende ſuperius. Tunc erit
tibi gloria coraȝ ſimul diſcumbentibꝰ.
quia omnis q ſe exaltat humiliabitur:
⁊ qui ſe humiliat exaltabitur.

AM. Priꝰ curatꝰ ē hydropicus i quo fluxꝰ
carnis exuberās aīe grauabat officia: ſpūs ex
tinguebat ardorē. Deide docet̄ humilitas: dū
i ꝯuiuio nuptiali appetētia loci ſupioris arce/
tur. vñ dr̄. Di. aūt ad iui. pa. intē. quō pri. ac
cu. eli. di. ad il. Cū inui. fu. ad nup. nō diſ. i
pri. loco. CI. Proſilire. n. ꝓmpte ad hono
res q nobis nō cōueniūt: idicat nos temerari
os eſſe: ⁊ nr̄a fcā vitupio replet. vñ ſeqt̄: Ne
forte hono. te ſit iui. ab eo. ⁊ ve. is q te ⁊ il. in
ui. di. ti. Da. huic lo. ⁊ tūc ici. cū ru. no. lo. te/
neř. CHRY. Et ſic qḋ ꝯcupiuit: nequaqȝ
obtinuit ābitioſus honoris ſȝ paſſus ē repul
ſaȝ ⁊ ſatagens qualr̄ abūdat honoꝛibus ñ ho/

noratur. ⁊ q2 nihil eſt equipollẽs modeſtie: au
ditorem ad oppoſitũ ducit. Non ſoluꝫ prohi
bet ambire ꝑmatuꝫ: ſed venari v ltima. vnde
ſequitur: Sed cũ vo. fu. va. re. in no. loco.
GRE. Si eniꝫ aliqs nõ vult alijs ꝑlocari:
nanciſcitur hoc ex diuina ſnia. vnde ſequit:
Et cũ ve. qui te inui. di. ti. Amice aſcẽ. ſupe
rius. Hec dicẽs non grauiter obiurgat: ſed
leniter iniungit. ſufficit enim monitio apud
diſcretos ⁊ ſic ꝑ humilitate aliquis coronatur
honore. vnde ſequitur: Tũc erit ti. gloria co.
ſi. diſcumbẽtibus. BA. Occupare igit locũ
vltimum in cõuiuijs iuxta mandatũ dñicũ cõ
ueniẽs ẽ ſed rurſus i hunc cõtẽtioſe irruere
reprobuꝫ tanqꝫ interemptoriũ ordinis ⁊ cau
ſatiuum tumultus ⁊ de eo mota cõtẽtio equi-
parabit vos litigantibꝰ de ꝑmatu. Quapropt
ſicut hic dñs dicit expedit conuiuium facienti
cõmittere accubitus ordinem: ſic ⁊ in patien-
tia nos mutuo ſuſtinebimus honeſte ⁊ ſm or
dinem oĩa proſequentes: nõ ad apparentiam
plurium nec videbimur humilitatem pertra-
ctare per vehementem contradictionem: ma-
gis autem ꝑ humilitatem patiẽtiam obtinebi
mus. Maius eſt. n. ex repugnãtia ſuperbie
idicium qꝫ ex primo accubitu quãdo eum cuꝫ
imperio obtinemus. THEO. Nemo aũt
putet premiſſam chriſti doctrinam modicam
eſſe ⁊ indignam culminis dei verbi. non eni
pium dices eſſe medicũ pollicitũ ſanare poda
gram: ictum vero digiti vel dẽtis doloreꝫ no
lentẽ curare. Porro quomodo ꝑua paſſio va
nẽ glorie: que verſabat primos perquirentes
accubitus. Decebat igit humilitatis magrm
oẽm ramum praue radicis amputare: ſed ⁊ il
lud conſidera: quia preſto cena ⁊ paſſione pri
matus coram ſaluatore vexante miſeros op-
portunitatem habebat monitio. CI. Oſtẽſo
igit tam modico exemplo ambitioſorum con-
temptum: ⁊ non ambitioſorum exaltationeꝫ:
adijcit magnum paruo generalẽ ſniam pro-
ferens cum ſubditur: Quia omnis qui ſe ex-
tellectum tuum in illū conferas a quo habes
ea que confers. Nullam ergo vite noſtre par
tem reliquit que vacare debeat ⁊ quaſi lo/
cum dare vt alia re velit frui. Sed quicquid

aliud diligendum venerit in aium: illuc rapia
tur quo totus dilectionis impetus currit: tūc
.n. eſt optimus homo cum tota vita ſua ꝑgit i
incōmutabile bonum. GLO. Vel ex toto
corde .i. intellectu. Anima .i. vlountate: Mē
te .i. memoria: vt nihil ei contrarium velis:
ſentias aut recorderis. ORI. Vel aliť: Ex
toto corde .i. ſm totam recordationem ⁊ ope
rationem ⁊ cogitationē. Ex tota anima .i. vt
parati ſint eam ponere pro pietate dei. In to
ta mente: nihil aliud .ſ. proferentes niſi que
dei ſunt. Et vide ſi potes cor quidem accipe
re pro intellectu: quo itelligibili ſpeculantur:
mentem autem ad proferendas res. Mente
.n. proferimus ſingulas res: ⁊ per vnūquod
qꝫ quod ſignificatur quaſi mente noſtra inam
bulamus atqꝫ proferimus. Si autem tentan
ti phariſeo dominus non reſpōdiſſet: eſtima
re poſſemus non eſſe vnum mandatum ma
ius altero: Sed dominus reſpōdens ſubdit:
hoc eſt maximum ⁊ primum mandatum. vbi
diſcimus ſententiam de mandatis: quod eſt
magnum ⁊ ſunt inferiora vſqꝫ ad minima.
Reſpondet autem dominus non ſolum qd
eſt magnum mandatum: ſed etiam primum:
nō pro ordine ſcripture: ſed pro dignitate vir
tutis. Hi autem ſoli huius mandati in ſe ſu
ſcipiunt magnitudinem ⁊ primatum qui non
ſolum diligunt dominum deum ſuum: ſed ēt
illa tria ſuſceperint .ſ. ex toto corde ⁊c̄. Docu
it autem qꝫ non ſolum eſt magnum ⁊ primū
ſed etiam qꝫ eſſet ſecundum ſimile priori. vn
de ſequitur: Secundum autem ſimile ē huic:
Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Si
autem qui diligit iniquitatem odit animam ſu
am: manifeſtum qꝫ non diligit proximum ſi
cut ſeipſum: cum nec ſeipſum diligat. AV
GV .i. de doctri. chriſtiana: Manifeſtum
eſt autem omnem hominem proximum eſſe
deputandum: quia erga neminem operandū
eſt malum. Iam vero ſi vel cui prebendum:
vel a quo prebendum eſt nobis officium mi
ſericordie recte proximus dicitur: manifeſtū
eſt hoc precepto quo tenemur diligere proxi
mum etiam ſanctos angelos contineri: a qui
bus nobis tanta miſericordie impenduntur
officia: quanta nobis i ſcripturis animaduer
tere facile eſt: ex quo ⁊ ipſe dominus noſter
proximum ſe nobis dici voluit: qm̄ ſeipſum
dominus ieſus ſignificat opitulatum eſſe ſe
miuiuo iacēti in via. AVGV. viij. de tri.
Qui autē amat hoīes: aut qꝛ iuſti ſunt aut vt
iuſti ſint amare debet. ſic .n. ⁊ ſeipſum amare
dꝫ: aut qꝛ iuſtus ē: aut iuſtus ſit: ſic .n. diligit
ꝓximū ſicut ſeipſuꝫ ſine vllo periculo. AV
GV .i. de doc. chriſtiana: Si aūt teipm̄ non
ꝑꝑ te debes diligere: ſed ꝑꝑ illuꝫ vbi dilectio
nis tue rectiſſimus finis eſt: non ſuccēſeat ali
quis homo ſi ⁊ ipm̄ ꝑꝑ deum diligis: quiſquis
ergo recte proximū diligit. hoc cū eo dꝫ agere
vt ēt ipſe toto corde diligat deū. CHRY.
ſuper matth. Qui aūt hoīem amat ſimile eſt:
ſicut q deū amat: qꝛ imago dei ē homo: i quo
deus diligiť: ſicut rex i ſua imagine honorať.
Et ꝑꝑ hoc dī hoc mādatū ſimile eſſe primo.
ORI. Vel aliter qd mandatū ſequens pri
mo eſt ſimile: ſignificat idē eſſe officij ⁊ meri
ti in vtroqꝫ: neqꝫ .n. dei ſine chriſto aut chriſti
ſine deo pōt vtilis eſſe dilectio ad ſalutē. Se
quiť: In his duobus mandatis tota lex pēdet
⁊ ꝓphete. AVGV. de que. euā. Pendet
dixit .i. illo referť vbi hꝫ finē. RABA. Ad
duo .n. hec precepta ꝑtinet totus decalogus.
ꝑcepta qdē prime tabule ad dilectionē dei: ꝑ
cepta ſecūde ad dilectionē proximi. ORI.
Vel qꝛ qui oīa ipleuit que ſcripta ſunt de dei
dilectione ⁊ proximi: dignus eſt magnas gra
tias a deo ꝑcipere vt intelligat oēm legē ⁊ ꝓ
phetas. AVGV. vij. d trini. Cū aūt ſint
duo precepta in qbus pendet lex ⁊ ꝓphete: di
lectio dei ⁊ proximi: nō imerito ſcriptura ple
runqꝫ pro vtroqꝫ vnū ponit: ſiue dilectionē
dei: ſicut eſt illud: Scimus .n. qm̄ diligentib⁹
deum oia cooperanť in bonū: ſiue dilectionē
ꝓximi: ſicut ē illud. O is lex in vno ſermone
iplet: Diliges proximum tuum ſicut teipſuꝫ
Sed hoc ideo: qꝛ qui proximum diligit cōſe
quens eſt vt deum diligat: Ex vna .n. eadēqꝫ
charitate deū proximumqꝫ diligimus: ſed de
um ꝑꝑ deum: nos aūt ⁊ proximum ꝑꝑ deuꝫ.
AVGV .i. de doctri. chriſtiana. Sꝫ tn̄ qm̄
excellentior ⁊ ſupra noſtram naturam eſt diui
na ſubſtantia: preceptum quo diligimus deū
a proximi dilectione diſtinctum eſt qꝫ ſi te to
tum intelligas .i. animam ⁊ corpus ⁊ proxi
mum tuum .i. animam ⁊ corpus nullum dili
gendarum rerum genus in his duobus pre
ceptis pretermiſſum eſt. Cuꝫ .n. precurrat di
lectio dei ſequitur dilectio proximi eiuſqꝫ dile
ctionis modus preſcriptus ſit: vt eum ſicut te

ipſum diligas ſimul ⁊ tui abs ſe dilectio pre/
termiſſa non eſt.

¶ Congregatis autem phariſeis in
terrogauit eos ieſus dicens: Quid vo
bis videtur de chriſto cuius filius eſt?
Dicũt ei: Dauid. Ait illis: Quomo
do ergo dauid in ſpiritu vocat euʒ do
minuʒ dicens: Dixit dominus domi
no meo ſede a dextris meis. Donec po
nam inimicos tuos ſcabellum pedum
tuorum? Si ergo dauid vocat euʒ do
minuʒ quomodo filius eius eſt? Et ne
mo poterat ei reſpondere verbum: ne
qꝫ auſus fuit quiſq̃ ex illa die eum am
plius interrogare.

CHRY. in home. Judei eſtimantes chri/
ſtum eſſe hominem purum: eum tentabant:
nec eum tentaſſent ſi filium dei credidiſſent.
Volens ergo chriſtus oſtendere ꝙ cognoſce
bat fallaciam cordis eoruʒ: ⁊ quia deus erat:
nec manifeſte voluit dicere veritatem: nec oc
caſionem blaſphemie inuenientes iudei am/
plius inſanirent. Nec omnino tacere: qꝛ ad
hoc venerat vt veritateʒ annunciaret: ideo ta
lem interrogationem eis propoſuit: vt ipſa i
terrogatio eis oſtenderet quis eſſet. Unde di
citur: Congregatis autem phariſeis interro
gauit eos ieſus dicens: Quid vobis videtur
de chriſto cuius filius eſt? CHRY. in ho.
Diſcipulos quidem primuʒ interrogauit qd
alij dicerẽt de chriſto: ⁊ tunc quid ipſi dicerẽt:
hos autem non ita. Profecto .n. ſeductorem
eum dixiſſent ⁊ malum. exiſtimabant autem:
q̃m chriſtus purus homo erat: ⁊ ideo dixerũt
eum eſſe filium dauid: ⁊ hoc eſt quod ſubdit:
Dicunt ei dauid. Ipſe auteʒ hoc rep̄hendẽs:
inducit prophetam dominationem eius ⁊ ꝓ/
prietatem filiationis ⁊ cohonorationem que ẽ
ad patrem teſtanteʒ. Unde dicitur: Ait illis:
Quomodo ergo dauid in ſpiritu vocat eum
dominum dicens: Dixit dominus domino
meo ſede a dextris meis: donec. HIE. Te/
ſtimonium hoc de .cix. pſalmo ſumptum eſt.
Dominus ergo filius dauid vocatur: nõ ſm
id quod de eo natus eſt: ſed ſm id quod nat⁹
eſt ex patre ſemper fuit preueniens ipſuʒ car
nis ſue patrem: vocat autem eum dominum
ſuum non errore incerto: nec ꝓpria volunta/
te: ſed ſpirituſancto. REMI. Quod aũt di
cit: Sede a dextris meis: non intelligendum
eſt ꝙ deus corporeus ſit vt dextrã vel ſiniſtrã
habeat: ſꝫ a dextris dei ſedere ẽ in honore ⁊
eq̃litate pr̄ne dignitatis manere. CHRY.
ſup matth. Puto aũt hanc interrogationem
non ſolũ contra phariſeos: ſed etiam cõtra he
reticos poſuit. nam ſm carnẽ vere filius erat
dauid: dñs autẽ ſm diuinitatẽ. CHRY.
in ho. Non autem in hoc ſtat: ſed vt timeant
ſubdit: Donec ponam inimicos tuos ſcabel/
lum pedum tuorum. vt ſalteʒ ita eos inducat.
ORI. Deus etiam non ad perditionem ſo
lum ponit ſcabellum pedum chriſti inimicos
ipſius: ſed ad eorum ſalutem. REMI. Do
nec autem pro infinito ponitur: vt ſit ſenſus:
Sed ſemper: ⁊ inimici tui in ſempiternũ ſub/
ijcientur pedibus tuis. GLO. Quod au/
tem a patre inimici ſubijciuntur filio: non in
firmitatem filij: ſed vnitatem nature ſignifi/
cat. nam ⁊ filius ſubijcit inimicos patri: quia
patrem clarificat ſuper terram. Et ex hac au/
ctoritate concludit: Si ergo dauid vocat eum
dominum: quomodo filius eius eſt? HIE.
Interrogatio hec nobis proficit vſqꝫ hodie cõ
tra iudeos. Et hi .n. q confitent̄ xp̄m eſſe ven
turũ: hoiem ſimplicẽ ⁊ ſanctũ virũ aſſerunt ꝺ
genere dauid. Interrogemus ergo eos docti
a domino ſi ſimplex homo eſt: ⁊ tamen filius
dauid: quõ dauid vocat eum dominum ſuũ.
iudei autem ad deludendam interrogationis
veritatem: friuola multa confingunt: verna/
culuʒ abrae aſſerentes cuius filius fuit dama
ſcus eliezer: ⁊ ex ipſius perſona ſcriptuʒ pſal
mum: ꝙ poſt cedem quinqꝫ regum dominus
deus domino ſuo abraam dixerit: Sede ad
dextram meam donec ponam. Quos inter/
rogem⁹ quõ dixerit abrae ea q̃ ſequunt̄: ⁊ re/
ſpondere cogamus quõ abraã ante luciferuʒ
genitus ſit: ⁊ quõ ſacerdos fuit ſm ordinem
melchiſedech. ꝓ quo melchiſedech obtulerit
panẽ ⁊ vinũ ⁊ a quo decimas prede accepit.
CHRY. in ho. Hoc tantum impoſuit fi/
nem ipſorum diſputationibus quaſi magnũ
⁊ ſufficiens precludere eorum ora. vnde ſeq/
tur: Et nemo poterat reſpondere ei verbuʒ.
Neqꝫ auſus fuit quiſq̃ ex illa die euʒ ampli/
us interrogare. Siluerunt enim extunc non
volentes: ſed non habendo aliquid dicere.

ORIGE. Si autem interrogatio eorum
fuiſſet ex voluntate diſcendi: nunq̄z eis talia
propoſuiſſet: vt amplius non eſſent auſi eum
interrogare. RABA. Ex hoc autem intel/
ligimus venena inuidie ſuperari poſſe: ſed dif
ficile quieſcere.

¶ Dominica.xix. Mathei.ix. cap.

Aſcendens ieſus in naui/
culam transfretauit ⁊ ve
nit in ciuitatem ſuaz. Et
ecce offerebant ei paralyti
cum iacentez in lecto. Et
Uidens ieſus fidem illorum: dicit pa/
ralytico. Confide fili. Remittūtur ti
bi peccata tua. Et ecce quidam de ſcri/
bis dixerūt intra ſe: Hic blaſphemat.
Et cum vidiſſet ieſus cogitationes eo
rum dixit: Ut quid cogitatis mala in
cordibus veſtris? Quid eſt facilius di/
cere: dimittuntur tibi peccata: an dice
re: ſurge ⁊ ambula? Ut autem ſciatis
quia filius hominis habet poteſtatem
in terra dimittendi peccata: tunc ait pa
ralytico: Surge tolle lectum tuuz ⁊ va
de in domum tuam. Et ſurrexit ⁊ abi
it in domum ſuam. Uidentes autem
turbe timuerunt: ⁊ glorificauerunt de
um qui dedit poteſtatem talē hoībus.
CHRY. i ho. Monſtrauit ſupius xp̄s ſu
am v̄tutē p̄ doctrinā q̄n docuit eos vt pote/
ſtatē hn̄s p̄ leproſuz q̄n dixit: Uolo: mūdare.
p̄ cēturionē q̄ dixit: Dic v̄bo ⁊ ſanabit̄ puer
me⁹. p̄ mare: qđ v̄bo refrenauit. p̄ demones
q̄ eū ꝯfitebāt̄. Hic aūt rurſus alio maiori mō
inimicos ei⁹ cogit ꝯfiteri equalitatez honoris
ad patrē. vñ ad hoc oñdēdū ſubdit̄: Aſcēdēs
in na. trāſfr. ve. in ci. ſuā. Nauigiū aūt itrās
ptrāſit: q̄ pede mar̄ poterat ptrāſir̄. nō. n. ſem
per mirabilia volebat facere: ne incarnatiōis
noceat rationi. IO. ep̄s: Creator aūt rex or/
bis terre dn̄s poſtea q̄z ſe pp̄ nos noſtra āgu
ſtiauit i carne: cepit habere humanā patriā: ce
pit ciuitatis iudaice eſſe ciuis: parentes hēre ce

pit parētū oīum ipſe parēs vt attraheret cha/
ritas quos diſpſerat met⁹. CHRY. i ho.
Ciuitatē aūt ſuā hic capharnaū dicit. alia. n.
eū ſuſcepat naſcētē. ſ. bethleē: alia eū nutriuit
. ſ. nazareth: alia aūt habuit ꝯtinue habitātem
. ſ. capharnaū. AVGV. de con. euā. Uel
aliter: Quod mattheus hic ſcribit de ciuitate
dn̄i: marcus aūt de capharnaū: difficilius ſol/
ueret̄: ſi mattheus nazareth noīaret. nunc ve
ro cū potuerit ipſa galilea dici ciuitas xp̄i: q̄ꝛ ī
galilea erat nazareth: ſicut i vniuerſuz regnū
romanum in tot ciuitatibus conſtitutum dici/
tur modo romana ciuitas. Quis dubitauerit
vt veniens in galileam dominus recte dicere
tur veniſſe in ciuitatem ſuam: in quocunq̄z eſ
ſet oppido galilee: preſertim q̄ꝛ ⁊ ipſa caphar
naum extollebatur in galilea vt tanq̄z metro/
polis haberetur. HIE. Uel ciuitatem eius
non aliam intelligamus q̄z nazareth. vnde ⁊
nazarenus appellatus eſt. AVGV. de cō.
euan. Et ſm̄ h̄ dicimus mattheum pretermi/
ſiſſe q̄ geſta ſunt poſtea q̄z Jeſus venit in ciui
tatem ſuam donec veniret capharnaum: ⁊ hic
adiunxiſſe de ſanato paralytico: ſicut in mul/
tis faciunt pretermittentes media tanq̄z hoc
cōtinuo ſequatur: quod ſine vlla pretermiſſio
nis ſignificatiōe ſubiungunt. ⁊ hoc modo hic
ſubditur: Et ecce offerebant ei paralyticuz ia
centem in lecto. CHRY. in ho. Paralyti
cus autem h̄ alter eſt preter eum qui in ioāne
ponitur. Ille quidem in natatorijs iacebat: h̄
autez in capharnaum. ⁊ ille famulis carebat:
hic autem habebat eos qui ſui curaz habebāt:
qui ⁊ portantes euz attulerunt. HIERO.
Obtulerunt autem ei iacentem in lecto: quia
ipſe ingredi non valebat. CHRY. in ho.
Non autem vbiq̄z ab egris ſolum querit fi/
dem: puta cum inſaniunt: vel aliter ab egritu
dine in exceſſu fuerint mētis. vnde ſubditur:
Uidens autem ieſus fidem illorum. HIE.
Non eius qui offerebatur: ſed eorum qui of
ferebant. CHRY. in ho. Quia igitur tan
tam oſtendunt fidem monſtrat ⁊ ipſe ſuā vir
tutez: cuz omni poteſtate ſoluens peccata. vñ
ſequit̄: Dixit paralytico: Confide fili remittū
tur tibi peccata. IO. ep̄s: Quātū valet apud
deū fides ꝑpria apud quē ſic valuit aliena: vt
itus ⁊ extra ſanaret hoīem. Audit veniā ⁊ ta
cet paralyticus: nec vllā rn̄det gratiā: q̄ꝛ plus
corporis q̄z aīe tendebat ad curā. Merito ergo

xp̄s offerentiū recipit̄ fidē: nō vecordiā iacen
tis. CHRY. Vel erat magna fides ēt hu/
ius infirmi. nō. n. pmiſiſſet ſe ſubmitti: vt ali
us euāgeliſta dicit p tectū nō credēs. HIE.
O mira humilitas: deſpectū ⁊ debilem: totis
mēbroꝝ cōpagib⁹ diſſolutū filiū vocat: quem
ſacerdotes nō dignabanť attingere. aut certe
ideo filiū: q͛ dimittunť ei peccata ſua: vbi dať
nobis itelligētia pp peccata pleraſq; euenire
corpoꝝ debilitates. Et iccirco forſitā pri⁹ di/
mittunť peccata: vt cauſis debilitatis ablatis
ſanitas reſtituatur. CHRY. i ho. Scribe
aūt diffamare volentes: ēt nolētes fecerūt cla
rere qͦ factū ē. eoꝝ. n. emulatiōe ad ſigni oñ
ſionē vſus ē xp̄s: hoc. n. ē ſupabūdātia eius
ſapiētie qͦ ſua p inimicos manifeſtat. vñ ſe/
quiť: Ecce qdā dͤ ſcribis dixerūt itra ſe: Hic
blaſphemat. HIE. Legim⁹ i pphetia: Ego
ſum q deleo oēs iniqtates tuas. Conſequen/
ter ergo ſcribe: q͛ hoīem putabant ⁊ v̄ba dei
nō intelligebāt: arguūt eū vitio blaſphemie.
Vidēs aūt cogitatōes eoꝝ oñdit ſe deū q pōt
cordis occulta cognoſcere: ⁊ quodāmō tacēs
loquiť: Eadē potētia qua cogitatiōes veſtras
intueor: poſſuʒ ⁊ hoīb⁹ delicta dimittere. Ex
vobis intelligite qd paralyticus ꝯſequať. vñ
ſequiť: Et cū vidiſſet ieſus cogi eorum dixit.
Vt qd cog. ma. in cor. veſtris? CHRY.
in ho. Nō qdē eoꝝ deſtruxit ſuſpitionē: qua
.ſ. cogitabāt eū p̄dicta dixiſſe vt deuʒ. Si. n.
non eſſet equalis deo patri oportebat eū dice/
re: longe ſum ab hac poteſtate. ſ. dimittendi
peccata: nūc aūt contrariū firmauit ſua voce ⁊
miraculi oſtēſione. vñ ſubdit: qd ē facilius di
cere: dimittū. tibi pecca. tua: an dicere: ſurge
⁊ ambula? Quāto qdē aīa corpore potior eſt:
tāto peccatū dimittere maius eſt q̃ʒ corpus ſa
nare. Sʒ q͛ illud qdē non manifeſtū: h autem
manifeſtū: facit minus qͦ eſt manifeſtius: vt
demonſtret maius ⁊ non manifeſtū. HIE.
Vtꝝ. n. ſint paralytico peccata dimiſſa: ſolus
nouerat q dimittebať. Surge aūt ⁊ ambula.
taʒ ille q ſurgebat: q̃ʒ hi q ſurgētē videbāt ꝓ
terāt approbare: q̃ʒq̃ʒ eiuſdē virtutis ſit ⁊ cor
poris ⁊ aīe vitia dimittere. Inter dicere aūt ⁊
facere multa diſtātia ē. fit ergo carnale ſignū
vt ꝓbeť ſpiritale. vñ ſequitur: Vt aūt ſciatis:
qm̄ filius ho. hʒ poteſtatē in terra dimittendi
peccata. CHRY. in ho. Supra qdē para/
lytico nō dixit: Dimitto tibi peccata: ſʒ dimit
tunť tibi peccata. q͛ v̄o ſcribe reſiſtebant: al
tiorē ſuā potentiā demonſtrat dicens: q͛ fili⁹
hoīs hʒ poteſtatem dimittendi peccata. Et vt
oſtendat ſe patri equalem non dixit q͛ fili⁹ ho
minis idiget aliquo ad dimittēdū peccata: ſed
qm̄ hʒ. GLO. Hec aūt v̄ba vt ſciatis pñt
eē xp̄i vel euāgeliſte: quaſi euāgeliſta diceret:
Ipſi dubitabāt eū peccata dimittere: ſʒ vt ſcia
tis qm̄ filius hoīs hʒ poteſtatē ait paralytico.
Si aūt xp̄s dicať ꝓnunciaſſe hec v̄ba ſic itel/
ligeť: Vos dubitatis me poſſe peccata dimit/
tere: ſʒ vt ſciatis qm̄ fili⁹ hoīs. q̄ qdē oratio i/
perfecta ē: ſʒ ſubdiť actus loco ꝯſequētis. vñ
dͬ: Ait paralytico: Surge ⁊ tolle lectū tuum.
IOA. ep̄s: Vt qͦ fuit teſtimoniū infirmita
tis: ſit ꝓbatio ſanitatis. Et vade in domuʒ tu
am. ne xp̄iana fide curatus: moriaris in perfi
dia iudeorum. CHRY. in homi. Hoc au
tem precepit vt non eſtimetur phantaſia eſſe
qͦ factum eſt. vnde ad veritatem facti oſten/
dendam ſubditur: Et ſurrexit ⁊ abijt in do/
mum ſuaʒ. Sed tamen aſtantes homines ad
huc deorſum trahuntur. vnde ſequitur: Vi/
dentes aūt tur. ti. ⁊ glo. deum qui de. talē po.
hominibus. Si. n. bene cogitaſſent apud ſe:
agnouiſſent q͛ filius dei erat. Interim. n. nō
paruum erat eſtimare omnibus hominibus
maiorem ⁊ a deo venire. HILA. Myſtice
autem a iudea repudiatus in ciuitatem ſuam
reuertitur: Dei ciuitas fidelium plebs eſt. in
hanc ergo introiuit per nauim. i. eccleſiam ve
ctus. IOA. ep̄s: Non autem chriſtus indi
get naui ſed nauis chriſto: quia ſine celeſti gu
bernatione nauis eccleſie per mundanum pe
lagus ad celeſtem portum non valet perueni
re. HILA. In paralytico autem gentiū vni
uerſitas offertur medenda. hic itaq; angelis
miniſtrandus offertur: hic filius nūcupatur:
q͛ dei opus ē. huic remittunť aīe peccata que
lex laxare nō poterat. fides. n. ſola iuſtificat.
Deinde virtutem reſurrectionis oſtendit: cū
ſublatione lectuli infirmitatem corporibus do
cuit defuturam. HIERO. Iuxta tropolo
giā aūt interdū aīa iacēs in corpore ſuo virtu
tib⁹ diſſolutis: a pfecto doctore dn̄o offerť cu
rāda. vnuſqſq;. n. eger petēde ſalutis petito/
res dicit adhibere: per quos actuū noſtrorum
clauda veſtigia: verbi celeſtis remedio refor/
mentur. Sunt igiť monitores mentis q ani/
mum auditoris ad ſuperiora erigunt q̃ʒuis ex

terioris corporis debilitate torpentē. IOA. eps: Dominus autem in hoc ſeculo inſipientium voluntates nō querit: ſed reſpicit ad alterius fidem: nec medicus languentiū reſpicit voluntatem: cum contraria requirat infirmus. RABA. Surgere autem eſt animā a carnalibus deſiderijs abſtrahere. Lectū tollere eſt carnem a terrenis deſiderijs ad voluntatē ſpūs attollere. Domum ire eſt ad paradiſum redire: vel ad internam ſui cuſtodiā: ne iterum peccet. GRE. xxiij. mora. Vel p lectum voluptas corporis deſignat. iubet itaq; vt hoc ſanus portet vbi infirmus iacuerat: qa omnis qui adhuc vitijs delectat: infirmus iacet in voluptatibus carnis: ſed ſanatus h portat: q2 eiuſdem carnis cōtumelias poſtmodū tolerat: qd intus prius deſiderijs regeſcebat. HILA. Vidētes autem turbe timuerunt. Magni enim timoris res eſt: non dimiſſis a chriſto peccatis in mortem reſolui: quia nullus eſt in domum eternam reditus ſicui idulta non fuerit venia delictorum. Ceſſante autē timore honor reddit: q poteſtas hominibus hac vita data ſit per verbum eius ⁊ peccatorū remiſſionis ⁊ corporum reſurrectionis ⁊ reuerſionis in celum.

## Dominica. xx. Mathei. xxij. ca.

Simile factum eſt regnū celorum homini regi: qui fecit nuptias filio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias: ⁊ nolebant venire. Iterum miſit alios ſeruos dicens: dicite inuitatis: Ecce prandium meum paraui: tauri mei ⁊ altilia occiſa ſunt: ⁊ omnia parata: venite ad nuptias. Illi autē neglexerūt: ⁊ abierunt: alius in villam ſuam: alius vero ad negociationem ſuam. Reliqui vero tenuerunt ſeruos eius: ⁊ cōtumelijs affectos occiderunt. Rex autē cū audiſſet iratus eſt: ⁊ miſſis exercitibus ſuis perdidit homicidas illos: ⁊ ciuitates illorum ſuccendit. Tunc ait ſeruis ſuis: Nuptie quidem parate ſunt: ſed qui inuitati erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum ⁊ quoſcunq; inueneritis vocate ad nuptias. Et egreſſi ſerui eius in vias congregauerunt omnes quos inuenerunt malos ⁊ bonos: ⁊ implete ſunt nuptie diſcumbētiū. Intrauit autem rex vt videret diſcumbentes: ⁊ vidit ibi hominem non veſtitū veſte nuptiali: Et ait illi: Amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. Tūc dixit rex miniſtris: Ligatis manibus ⁊ pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentium. Multi autem ſunt vocati pauci vero electi.

CHRY. in ho. Quia dixerat: Dabit genti facienti fructus eius hic oſtendit cui genti. vnde dicitur: Simile fac. eſt regnum celorū. GLO. Dicit autē: Reſpondens id eſt obuians praue cogitationi eorum de morte ſua. AVGV. de con. euange. Parabolā autē iſtam ſolus matheus narrat: ſimile quidē etiā lucas cōmemorat: ſed non eſt hec: ſicut ⁊ ipſe ordo indicat. GRE. i ho. Hic per nuptias pñs eccleſia: illic p cenā eternū ⁊ vltimū conuiuiū deſignat. q2 ⁊ i hāc nōnulli exituri itrant: ad illud qſquis ſemel itrauerit vlteri⁹ nō exibit. At ſi qs forte ptēdat hāc eādē eē lectionē: itelligi forſitā pōt: q2 de pīecto eo q nuptiali veſte nō itrauerat: qd lucas tacuit Matheus dixit. q Xpo p illū cena: p hūc aūt prandiū dr: nequaq; obſiſtit: q2 cū ad horā nonā apud antiquos prādiū fieret q̊tidie ipſū q3 prādiū cena vocabat. ORI. Regnū āt celorū ſimile ē ſ3 eū qdē q regnat hoī regi: ſ3 eū āt q cōregnat filio regis: ſ3 ea Xpo q̄ ſūt i reg regis: ſuis ⁊ iuitatis ad nuptias. Inter q̊s ē ⁊ exercit⁹ regis. Additum eſt autem homini regi: vt hoībus quaſi homo loquatur: ⁊ diſpenſat hoīes nō cupientes diſpenſari a deo. Sed tūc ceſſabit regnum celorum eſſe ſimile homini: cum ceſſante celo ⁊ cōtētione ⁊ ceteris paſſionib⁹ ⁊ peccatis ceſſauerimus ſcdm hominē ābulare: ⁊

videbimus eum ſicuti eſt: Nunc. n. videmꝰ
eum non ſicuti eſt: ſed ſicuti propter noſtram
diſpenſationeʒ factus fuerit nobis. GRE.
in ho. Tunc autem deus pater deo filio nu/
ptias fecit quando hunc in vtero virginis hu
mane nature coniunxit. Sed qꝛ ex duabus ꝑ
ſonis fieri ſolet nuptiarum coniunctio: abſit
hoc ab intellectibus noſtris: vt perſonam re/
demptoris noſtri ex duabus perſonis creda/
mus eſſe vnitam. Ex duabus quippe atqꝫ in
duabus hunc naturis exiſtere dicimus: ſʒ ex
duabus perſonis credere compoſitum vt ne
phas vitamus: Securius ergo dici poteſt: qꝛ
in hoc rex pater regi filio nuptias fecit qꝛ ei ꝑ
incarnationis myſterium ſanctam eccleſiam
ſociauit. Vterus autem genitricis virginis
huius ſponſi thalamus fuit. CHRY. ſuꝑ
mat. Vel aliter: Cum reſurrectio fuerit facta
ſanctorum tunc ſuſcipiet hominem vita que ē
chriſtus: mortalitatem eius ſua mortalitate ab
ſorbens. Nunc. n. quaſi arras futuri coniu/
gij ſpiritumſanctum accipimus: tunc autem
ipſum chriſtum plenius in nobis habebimꝰ.
ORI. Vel coniunctionem ſponſi ad ſpon
ſam. i. chriſti ad animam verbi ſuſceptionem
intellige: partus autē opera bona. HILA.
Merito autem a patre iam ſunt he nuptie fa
cte: qꝛ eternitatis huiꝰ ſocietas: ⁊ noui corpo/
ris deſponſata coniunctio habetur iam perfe
cta i chriſto. Sequitur: Et miſit ſeruos ſuos
vocare inuitatos ad nuptias: ⁊ noluerunt ve
nire. CHRY. ſuper mat. Ergo quando
miſit ſeruos ſuos iam inuitati prius erant.
Inuitati ſunt. n. homīes a tempore abrae cui
chriſti incarnatio ꝓmittebatur. HIERO.
Miſit autem ſeruum ſuum: nec dubium qui
moyſen per quem legeʒ inuitatis dedit. Si
auteʒ ſeruos legerimus: vt plura habent exē
plaria: ad prophetas referendum eſt qꝛ inui/
tati per eos venire contempſerunt. Sequit̄:
Iterum miſit alios ſeruos dicens: Dicite in/
uitatis. Serui qui ſecundo miſſi ſunt melius
eſt vt prophete intelligantur qꝫ apoſtoli: ita ta
men ſi ſeruus ſupra fuerit ſcriptus: ſinauteʒ
ſeruos ibideʒ legas: hic ſerui ſecundi apoſto
li ſunt intelligendi. CHRY. ſuper mat.
Quos miſit cum eis dixit: In viam gentium
ne abieritis: ſed potius ite ad oues perditas
domus iſrael. ORIGE. Vel qui primi
mittitur ſerui vocare inuitatos ad nuptias:
habentur prophete conuertentes ex populo ꝑ
ſuas prophetias ⁊ reſtitutionē eccleſie ad chri
ſtum. Qui auteʒ noluerunt venire in primis
inuitati: ſunt qui noluerunt audire verba ꝓ/
phetarum. Iterum alij tranſmiſſi: alia cōgre
gatio prophetarum eſt. HILA. Vel ſerui
primo miſſi qui inuitatos vocarent apoſtoli
ſunt: qui autem admonentur vt veniant inui/
tati antea: populus iſrael eſt. in gloriā. n. eter
nitatis per legem eſt aduocatus. Apoſtolorū
ergo erat propriū cōmonere facere eos quos
inuitauerant prophete. Qui vero iterum cuʒ
preceptorum conditione mittuntur apoſtolici
viri: ſunt ſucceſſores eorum. GRE. Sed
qꝛ hi qui prius inuitati ſunt: ad nuptiaruʒ cō
uiuium venire noluerunt: in ſecunda inuita/
tione iam dicitur: Ecce prandium meum pa/
raui. HIE. Prandiuʒ paratum ⁊ tauri ⁊ al
tilia occiſa vel per metaphoraʒ opes regie de
ſcribuntur vt ex carnalibus intelligantur ſpi
ritalia: vel certe dogmatum magnitudo ⁊ do
ctrina dei lege pleniſſima ſentire poteſt.
CHRY. ſuper mat. Cum ergo dn̄s apo/
ſtolis dixit: Euntes predicate dicentes: quia
appropinquauit regnū celoꝝ: hoc ſignificauit
qđ hic dr̄. Prādiū meū paraui. i. ex lege ⁊ ꝓ
phetis ſcripturaꝝ menſas ornaui. vñ ſequit̄.
Tauri mei ⁊ altilia occiſa ſunt. GRE. i ho.
Per tauros aūt patres veteris teſti ſignificā
tur: q ex ꝑmiſſiōe legis inimicos ſuos: virtu
tis corporee cornu feriebāt. Altilia vero ſagi
nata dicimus. ab eo eni qđ eſt alere altilia vel
quaſi alita vocamus. Per altilia ergo patres
noui teſti figurant̄ q dū gratiā pinguedinis i
terne dulcedinis ꝑcipiūt a terrenis deſiderijs
ad ſublimia contēplationis ſue pēna ſubleuā
tur. Dicit ergo. Tauri mei ⁊ altilia occiſa ſūt.
ac ſi. d. Patrū precedentiū mortes aſpicite:
⁊ remedia vite veſtre cogitate. CHRY. ſu
per mat. Vel aliter. Ideo dicit: Et ſaginata
⁊ tauros nō qꝛ ⁊ tauri nō fuerint ſaginati: ſʒ
qꝛ non oēs ſaginati fuerunt tauri: ergo ſagi/
nata tm̄mō dicit ꝓphetas q fuerūt ſpiritusan
cto repleti: tauros aūt q ꝓphete fuerūt ⁊ ſacer
dotes: ſicut hieremias ⁊ ezechiel. vt. n. tauri
duces ſunt gregis: ita ⁊ ſacerdotes principes
ſunt populi. HILA. Vel aliter: Tauri glo
rioſa martyrū ſpecies ē q confeſſioni dei tan/
qꝫ hoſtia electa ſunt immolati. Saginata ve/
ro. ſunt homines ſpiritales tanqꝫ celeſti pane

ad euolandum aues paſte: ceteros accepti cibi
vbertate expleture. GREGO. Notandū
vero ꝙ in priore inuitatione nil de tauris ⁊ al
tilibus dicitur. In ſecunda autem iam tauri ⁊
altilia mactata memorantur: quia omnipotēs
deus cum verba eius audire nolumus adiun
git exempla: vt omne quod impoſſibile credi
mus tanto nobis ad ſperandum fiat facilius
quanto per hoc tranſiſſe ⁊ alios audimus.
ORIGE. Vel quia prandium quod pa/
ratur eſt eloquium dei: fortia quoq; eloquio/
rum dei tauri intelligantur: ſuauia vero ⁊ de
lectabilia eorum ſunt ſaginata. Siquis. n. ꝓ/
ferat quedam dicta modica ⁊ non firma: ⁊ nō
magnam virtutem rationis habentia: videnť
macra eſſe que proferuntur. Saginata autem
ſunt cum ad vnāquanq; propoſitionem exē/
pla multa rationis probatione repleta indu/
cuntur: puta ſi aliquis de caſtitate ſermonem
loquitur: recte intelligitur turtur. Sed cuz ip
ſum ſanctitatis ſermonem cum rationis pro/
batione de ſcripturis repletum protulerit: ita
vt delectet ⁊ confirmet animum audientis ꝓ
tulit eum ſaginatum. CHRY. ſuꝑ matth.
Quod autem dicitur: Et omnia parata ſunt.
intelligitur quia quicquid queritur ad ſalutez:
iam adimpletum eſt in ſcripturis. Qui enim
ignorans eſt inuenit ibi quod diſcat. Qui cō
tumax eſt: inuenit ibi quod timeat: qui laborat
inuenit ibi promiſſa: quibus excitetur ad opꝰ.
GLO. Vel omnia parata ſunt. i. introitus
regni paratus eſt per fidem mee incarnatio/
nis qui ante fuerat clauſus. CHRY. ſu/
per matthe. Vel omnia parata dicit que per/
tinent ad myſteriuz dominice paſſionis ⁊ no
ſtre redemptionis. Dicit autem: Venite ad
nuptias: non pedibus ſed fide ⁊ moribus.
Sequitur: Illi autez neglexerunt. Quare au
tem neglexerint manifeſtat cum ſubditur: Et
abierunt: alius in villam ſuaz: alius vero ad
negociatiōem ſuam. CHRY. in ho. Quā
uis autem videantur rationabiles occaſiones
eſſe: ſed hinc diſcimus etiam ſi neceſſaria ſint
que detinent: omnibus tamen preponere ſpi
ritalia oportet. Mihi autem videtur ꝙ his oc
caſionibus vſi: negligentie velamina propo/
nebant. HILA. Ambitione enim ſeculi tā
ꝙ̄ villa homines occupantur: plures vero ꝓ
pter pecunie cupiditatez negociatione detinē
tur. CHRY. ſuper matth. Vel aliter: Cū
labore manuum noſtrarum aliquid facimus:
puta exercentes agrum vel vineam aut opus
ligni vel ferri: villam colere videmur. Cum
autem non labore manuum noſtrarum alia
lucra ſequimur: totum hoc negociatio appel/
latur. O miſerrimus mundus ⁊ miſeri qui
eum ſequuntur. Semper. n. mundialia ope/
ra homines excluſerūt a vita. GREGO.
Qui ergo intentus labori terreno: vel mun/
di actionibus dedit myſterium incarnationis
dominice penſare ⁊ ſecunduz illud viuere. ſ.
diſſimulat quaſi ad villam vel negocium per
gens: venire ad regis nuptias recuſat. ⁊ ple/
runq; quod eſt grauius nonnulli vocati: gra
tiam non ſolum reſpuunt: ſed etiaz perſequū
tur. vnde ſubditur. Reliqui vero ten. ſer. eiꝰ
⁊ contu. affe. occiderunt. CHRY. ſuper
matth. Vel per occupationem ville popula/
res iudeorum ſignificat quos mundi delecta
tio ſeparauit a chriſto. Per occupationez ve/
ro negociationis ſacerdotes ceteroſq; mini/
ſtros tēpli ſignificauit: quos lucri obtētu ve/
nientes ad miniſterium legis ⁊ templi auari/
cia ſeparauit a fide. De quibus non dixit ꝙ
malignati ſunt ſed neglexerunt. qui. n. odio
aut inuidia crucifixerūt chriſtum: illi maligna
ti ſunt: qui autem negocijs impediti non cre/
diderunt: illi neglexiſſe dicūtur non maligna
ti. De ſua tamen morte dominus tacet: quia i
priori parabola dixerat: ſed oſtendit mortem
diſcipulorum ſuorum quos poſt aſcenſum ip
ſius occiderunt iudei. Stephanum lapidates
⁊ Jacobum alphei occidentes: propter ꝙ̄ hie/
ruſalem deſtructa eſt a romanis: Et notandū
ꝙ ira in deo non proprie ſed tranſlatiue dici/
tur. Tunc. n. iraſci dicitur quando vlciſcitur.
vnde ⁊ hic dicitur. Rex autem cum au. iratꝰ
eſt. HIERO. Quando inuitabat ad nu/
ptias ⁊ agebat opera clementie hominis no/
men appoſitum eſt. nunc autez quando ad vl
tionem venit: homo ſiletur ⁊ rex tantum dici
tur. ORIGE. Dicant autem qui peccant
in deum legis ⁊ prophetarum ⁊ totius crea/
tionis vtrum iſte qui ⁊ homo dicitur ⁊ iratus
proponitur: ipſe eſt pater chriſti: ꝙ ſi dixerint
hunc ipſum eſſe cogendi ſunt confiteri quoni
am multa in eo ſecundum paſſibilem homi/
num naturam eſſe dicuntur: nō quia ipſe paſ
ſibilis eſt: ſed quia morem gerit paſſibilis na
ture hominum. Et ſm hanc conſequentiam

ſuſcipere conuenit ⁊ iram dei ⁊ penitentiaꝫ ⁊
cetera huiuſmodi in ꝓphetis. Sequitur: Et
miſſis exercitu. HIERO. Per hoc exerci
tus romanos intelligimus ſub duce veſpaſia
no ⁊ tito: qui occiſis iudee populis: preuarica
tricem incenderunt ciuitatem. CHRY. ſu
per matth. Romanus auteꝫ exercitus dicitur
exercitus dei: q꞉ domini eſt terra ⁊ plenitudo
eius: nec etiam veniſſent romani hieruſalem
niſi eos dominꝰ excitaſſet. ORIGE. Vel
angelorum agmina ſunt exercitus regis no/
ſtri. miſſis ergo exercitibus extinxiſſe homici
das dicitur: quia in hominibus omne iudici/
um per angelos exercetur. Homicidas ergo
perdit: quia perſequentes interimit. Ciuita/
tem eorum igni ſuccendit: quia illoruꝫ non ſo
luꝫ anime: ſed caro quoqꝫ in qua habitauerāt
eterna gehenne flamma cruciantur. ORI/
GE. Vel ciuitas impiorum eſt ſm̄ vnum/
quodqꝫ dogma congregatio eoruꝫ qui conue/
niunt in ſapientia principuꝫ huius ſeculi quā
ſuccendit rex ⁊ exterminat quaſi ex malis edi
ficatōnibus conſiſtentem. GREGO. Sꝫ
his qui inuitantem ſe contemni conſpicit: filij
ſui nuptias vacuas non habebit. quenqꝫ. n.
ſermo dei inuenturus eſt vbi requieſcat. vn/
de ſubditur. Tunc ait ſeruis ſuis. ORI. i.
apoſtolis aut angelis qui prepoſiti erant ĩ vo
catione gentium. Nuptie quidē parate ſunt.
REMI. i. omne ſacramentum humane di
ſpenſationis iam peractum atqꝫ completum
eſt. Sed qui inuitati erāt. i. iudei non fuerūt
digni: quia dei iuſticiam ignorantes ⁊ ſuam
ſtatuere volentes indignos ſe iudicauerunt
eterne vite: Reprobato ergo iudaico populo
ad has nuptias gentilis populus eſt ſuſceptꝰ
vnde ſequitur. Ite ergo ad exi. viarū ⁊ quoſ.
inue. vo. ad nuptias. HIERO. Gentilis
. n. populus non erat in vijs: ſed exitibꝰ via/
rum. REMI. Qui ſunt errores gentiliuꝫ.
CHRY. ſuper matth. Vel vie ſūt omnes
profeſſiones huius mundi: vt puta philoſo/
phie militie ⁊ huiuſmodi. Dicit ergo: Ite ad
exitus viarum vt cuiuſlibet conditionis ho/
mines vocent ad fidē. adhuc ſicut caſtitas via
eſt que ducit ad deum: ſic fornicatio via eſt q̄
ducit ad diabolum: ⁊ ſic de alijs virtutibus ⁊
vitijs. iubet ergo vt cuiuſcunqꝫ conuerſatio/
nis vel conditionis homines inuitent ad fi/
dem. HILA. Per viam etiam tempus ſe
culi intelligenduꝫ eſt: atqꝫ ideo ad exitus via
rum iubentur ire: quia omnibus retroacta do
nantur. GRE. Vel aliter: In ſcriptura ſa/
cra vias actiones accipimus. Exitus viarum
intelligimus defectus actionum: quia illi ple
runqꝫ facile ad deum veniunt quos in terre/
nis actionibus proſpera nulla comitantur.
ORI. Vel aliter: Puto hanc primam vo
cationem fuiſſe ad nuptias aliquarum inge/
nuarum animarum. Principaliter. n. deus
vult venire ad epulationem diuini eloquij:
eos qui ad intelligenduꝫ ſunt ingenioſiores:
⁊ qm̄ qui huiuſmodi ſunt nolunt ad iſtam vo
cationem venire: tranſmittuntur alij ſerui ꝓ/
uocantes eos ⁊ promittentes ꝙ ſi venerint:
percipient prandium paratum a rege. Sicut
. n. in corporalibus alia eſt que nubit ſponſa:
alij inuitatores: alij qui inuitātur ad nuptias/
ſic deus ſcit diuerſos ordines animarum: ea/
rūqꝫ virtutes ⁊ cauſas. ob quas hi quidem in
conſtitutiōe ſponſe accipiuntur: alij ĩ ordine
ſeruorum vocantium: alij in numero inuita/
torum ad nuptias. Sed qui principaliter qui
dem fuerant inuitati. primos inuitatores qua
ſi pauperes ſenſu neglexerunt ⁊ abierūt ſua
ſequentes: in quibus magis ſunt delectati q̄ꝫ
in his q̄ rex ꝑ ſeruos ſuos ꝓmittebat: ſed hi
leuiores ſunt his q ſeruis trāſmiſſis iniurian
tur ⁊ interficiunt: q. ſ. ꝑparatōne cōtencioſoꝝ
ꝯboꝝ auſi ſunt tenuiſſe ſeruos miſſos q nō
ſunt ꝑparati ad ſoluēdas qōnes eoꝝ ꝯſutas
⁊ ꝯtumelijs afficiunt vel interficiunt ab eis.
Seqꝫ: Et egreſſi ſerui eius in vias cōgrega/
uerunt oēs quos inue. ma. ⁊ bonos. ORI.
Egredientes ſerui ſiue de iudea ⁊ hieruſaleꝫ
apoſtoli xp̄i: ſiue ab interioribus angeli ſancti:
venientes ad vias diuerſas diuerſorum mo
ruꝫ congregauerunt quoſcunqꝫ inuenerunt.
Et non curant vtruꝫ aliquando ante vocatio
nē mali fuerint aut boni. bonos aūt intellige
re hic ſimpliciter ꝯuenit humiliores ⁊ rectio/
res ex eis q veniebant ad cultum dei: quibus
conueniebat qđ apoſtolus ait: Cū gentes que
legem non habent: ea que legis ſunt faciunt:
ipſi ſibi ſunt lex. HIE. Inter ipſos. n. genti
les infinita eſt diuerſitas: cū alios ſciamus eē
procliuiores ad vitia: alios ad honeſtateꝫ mo
rum virtutibus deditos. GREGO.
Vel hoc dicit: quia in hac eccleſia nec mali ſi/
ne bonis: nec boni ſine malis eē poſſunt. bo/

nus autem non fuit qui malos tolerare recu/
ſauit. Sequitur: Et implete ſūt nuptie diſcū/
bentium. ORI. Nuptie. ſ. chriſti ⁊ eccleſie
ſunt implete: dum reſtituti deo qui ab apoſto
lis ſunt inuenti recubuerunt ad epulandum ī
nuptijs: ſed quoniam bonos ⁊ malos opor/
tuit quidem vocari: non autē vt mali perma
nerent mali: ſed vt deponerent veſtimenta cō
traria nuptijs ⁊ induerent nuptialia indumē
ta. ſ. viſcera miſericordie benignitatis. Ideo
rex egreditur vt videat diſcumbentes priuſ/
quam apponatur eis prādium vt retineat ha/
bentes nuptialia veſtimenta ⁊ delectet: condē
netqʒ contrarios. vnde ſequitur: Intrauit au
tem rex vt videret diſcumbētes. CHRY.
ſuper math. Non quia alicubi ipſe non ē: ſed
vbi vult per iudicium aſpicere ibi dicitur pre
ſens: vbi autem nō vult: abſens videtur. Di
es autem aſpectationis eſt dies iudicij: quan/
do viſitaturus eſt chriſtianos: qui ſuper men
ſam ſcripturarum recumbunt. ORI. In/
grediens autem inuenit quendam qui nō mu
tauerat ꝓprios mores. vnde ſequitur: Et vi/
dit ibi hominem nō veſtitum veſte nuptiali.
Singulariter dixit: quia vnius ſunt generis
omnes qui ſeruant maliciam poſt fidem quā
habuerant ante fidem. GRE. Quid autem
debemus intelligere per nuptialem veſtē: ni
ſi charitatem: quia hanc in ſe dominus habu/
it: dum ad ſociande ſibi eccleſie nuptias veni
ret. Intrat ergo ad nuptias: ſed ſine veſte nu
ptiali: qui in eccleſia fidem habet: ſed charita/
tem non habet. AVGV. contra fauſtum:
Vel ſine veſte nuptiali nuptias adit qui que/
rit ibi gloriam: nō ſpōſi ſʒ ſuam. HILA.
Vel veſtis nuptialis eſt gratia ſpiritusſācti ⁊
candor habitus celeſtis qui bone interrogatio
nis confeſſione ſuſceptus vſqʒ in cetum re/
gni celorum immaculatus ⁊ īteger eſt reſer/
uandus. HIE. Vel veſtis nuptialis prece/
pta ſunt domini: ⁊ opera que complentur ex
lege ⁊ euangelio nouiqʒ hominis efficiunt ve
ſtimentum quod qui in die iudicij inuentus
ſub nomine chriſtiano non habet: ſtatim cor/
ripitur. vnde ſequitur: Et ait illi: Amice quo
modo huc intraſti nō habēs veſtem nuptia/
lem: Amicum vocat: quia eſt inuitatus ad nu
ptias quaſi ſit amicus per fidem. Arguit autē
impudentie ꝙ veſte ſordida mundicias pol/
luerit nuptiales. ORI. Et quoniam ꝗ pec/
cat ⁊ non induit dominum ieſum chriſtum: ſi
habet excuſationem aliquam. ideo ſequit: At
ille obmutuit. HIE. In tempore eni illo nō
erit locus impudentie: nec negādi facultas cū
omnes angeli ⁊ mundus ipſe teſtes ſint pec/
catorum. GRE. Non autem ſolum reiectꝰ
eſt a nuptijs qui iniuriam nuptijs fecit: ſʒ ad
huc a miniſtris regis ſuper vincula conſtitu/
tis ligatus inceſſione qua non eſt vſus ad bo
num: ⁊ apprehenſoria virtute qua nullū opꝰ
ad bonum impleuit: condēnatus eſt ī loco ab
omni lumine alieno qui vocat tenebre exterio
res. vnde ſequitur: Tūc rex dixit miniſtris:
Liga. ma. ⁊ pe. mit. eum in tene. exteriores.
GRE. Ligātur tunc pedes ⁊ manus ꝑ di/
ſtrictionem ſententie: que modo a prauis ope
ribus ligari noluerunt per meliorationem vi
te: vel tūc ligat pena quos modo a bonis ope
ribus ligauit culpa. AVGV. xi. de trini.
Prauarum vero atqʒ diſtortarū volūtatū ī/
plicatio vinculum eſt quo alligatur qui hoc ait:
Vt proijciat ī tenebras exteriores. GRE.
Interiores autem tenebras dicimus cecitatē
cordis: exteriores vero eternam noctem dam
nationis. CHRY. ſuper math. Vel per hoc
deſignatur differentia tormentorum in pecca
toribus. Sunt enim prime tenebre exteriores:
interiores autem minores: ⁊ nouiſſimi loci.
Sequitur. Ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentium.
HIE. In fletu oculorum ⁊ ſtridore dentium
per methaphoram membrorum corporaliū:
magnitudo oſtenditur tormentorum. Manꝰ
quoqʒ ligatas ⁊ pedes: fletum oculorū ⁊ ſtri
dorem dentium: ad comprobādam reſurre/
ctionis intellige veritatem. GRE. Vt illic
dentes ſtrideant qui de edacitate gaudebant:
illic oculi defleant qui hic per illicitas concupi/
ſcentias verſabant quatenus ſingula mem/
bra ſupplicio ſubiaceant que hic ſingulis qui/
buſqʒ vitijs ſubiecta ſeruiebant. HIE. Et
quia in cōuiuio nuptiali non initiū ſed finis
querit: ſubdit. Multi enim ſūt vocati pauci
vero electi. HILA. In inuitāte enim ſine ex
ceptione publice bonitatis humanitas eſt: in
īuitatis vero vel vocatis de iudicio meritorū
probitatis electio eſt. GRE. Nonnulli eni
bona nec īcipiūt: nōnulli vero ī bonis que ī/
ceperunt minime perſiſtunt. Tāto ergo ſibi
vnuſquiſqʒ ſolicite metuāt: quāto ignorat que
reſtāt. CHRY. ſuper math. Vel aliter:

Quotiens deus tentat eccleſiam ſuam ingre/
ditur ad eam vt videat diſcumbentes: ⁊ ſi in/
uenerit aliquem non habentē veſtem nuptia
lem interrogat eum vt quid factus es chriſtia
nus ſi hec opera diligebas? Talem ergo chri
ſtus tradit miniſtris ſuis.i. aliquibus magi
ſtris ſeductionis: ⁊ ligant manus eius.i. ope
ra: ⁊ pedes.i. motus anime: ⁊ mittūt eum i te
nebras.i. in errores vel gentium: vel iudeoꝝ
vel hereſim. propinquiores enim ſunt tene/
bre gentilium: quia veritatem ſpernūt quā ñ
audierunt: ſed exteriores iudeoruꝫ qui audie
runt: ſed non crediderunt: ſed magis exterio
res hereticorum qui audierunt ⁊ didicerunt.

## ¶ Dominica.xxi. Joannis.iiij. cap.

Erat quidam regulus cu
ius filius infirmabatur ca
pharnaum. Hic cum au
diſſꝫ quia ieſus adueniret
a iudea in galileam: abijt
ad eum: ⁊ rogabat eum vt deſcenderet
⁊ ſanaret filium eius. Incipiebat enim
mori. Dixit ergo ieſus ad eum: Niſi
ſigna ⁊ prodigia videritis nō creditis.
Dicit ad eum regulus: Domine de/
ſcende priuſq; moriatur fili⁹ me⁹: Di
cit ei ieſus: Uade filius tu⁹ viuit. Cre
didit homo ſermoni queꝫ dixit ei ieſus
⁊ ibat. Jam autem eo deſcendente ſer/
ui occurrerunt ei: ⁊ nunciauerunt dicē
tes quia filius eius viueret. Interro/
gabat ergo horam ab eis in qua meli⁹
habuerat. Et dixerunt ei: quia heri ho
ra ſeptima reliquit euꝫ febris. Cogno
uit ergo pater qꝛ illa hora erat in qua
dixit ei ieſus filius tu⁹ viuit: ⁊ credidit
ipſe ⁊ domus eius tota.
ORIGE. Putabit autem aliquis regis
herodis hūc eſſe regulū: ⁊ aliquis aſſerit hūc
eē de familia ceſaris: exercentem tūc tempo/
ris aliquid in iudea: neqꝫ enim dicitur qꝛ iu/
deus fuerit. CHRY. Regulus autem di/
cit: aut quaſi generis exiſtens regalis: aut di/
gnitatem aliquam principatus habens: aut qꝛ
ſic vocabatur. Igitur quedam hunc eundē eē
exiſtimant centurionē: qui eſt apud matheuꝫ.
Oſtendit autem alius eſſe ab eo. nam ille qui/
dem chriſtum volentem ire ad ſuam domuꝫ
rogat remanere: hic autem ⁊ nihil tale ꝓmit/
tentem ad domum trahit. Et ille quideꝫ ad ie
ſum de monte deſcendentem capharnauꝫ in/
trauit: hic autem ad ieſum in chana venientē
acceſſit. Et illius quidem puer a paralyſi deti
nebat: huius autem filius a febre. De hoc er
go regulo ſubditur: Hic cum audiſ. qꝛ ie. ad
ue. a iu. in gali. abijt ad eum ⁊ ro. eum vt de/
ſcen. ⁊ ſa. fi. eius: icipie. eni mori. AUG.
Qui rogabat. nōne credebat? Quid a me ex
pectas audire: dominum interroga quid de
illo ſenſerit? Sequitur eni: Dixit ergo ieſus
ad eum. Niſi ſigna ⁊ prodigia vide. non cre.
Arguit hominem in fide tepidum aut frigi/
dum: aut oīno nullius fidei: ſed tentare cu/
pientem de ſanitate filij ſui: qualis eſſet chri/
ſtus quid eſſet quantum poſſet. Prodigium
quidem appellatum ⁊ quaſi porroditiū quod
porro dicat: porro ſignificet ⁊ ad futurum ali
quid protendat. AUGU. de con. euange.
Adeo aūt dñs ſupra oīa mutabilia vult men
tem credentis attollere: vt nec ipſa miracula:
que q̄uis diuinitus de mutabilitate corporuꝫ
fiunt: a fidelibus queri velit. GREGO.
Sed mementote ēt qui petijt: ⁊ aperte agno/
ſcetis: quia in fide dubitauit. Popoſcit nāqꝫ
vt deſcēderet ⁊ ſanaret filiū eius: vnde ſequi
tur: Dicit ad eum regulus: Dñe deſcēde pri
uſq; moriatur filius me⁹. Minus itaqꝫ i il/
lo credidit. quē nō putauit poſſe ſalutem da
re niſi preſens eſſet ⁊ corpore. CHRY.
Audi etiā qualiter adhuc terrene chriſtū tra/
hit: quaſi non poſſet eum poſt mortem ſuſci/
tare: ſi autem non credēs venit ⁊ rogauit nil
mirabile. Cōſueuerūt enim patres ex multo
amore non ſolū medicis loqui de quib⁹ confi
dunt: ſed de quibus nō cōfidūt nihil volētes
pretermittere eoꝝ que ad ſalutem ꝑtinēt filio
rū: ſi tamē valde crederet chriſti virtutē: non
neglexiſſet etiā in iudeam ire. GREGO.
Sed dñs qui rogat̄ vt vadat: qꝛ nō deſit vbi
inuitatur idicat: ſolo iuſſu ſalutem reddidit: q
volūtate oīa creauit: vñ ſequitur. Dicit ei ie/
ſus: Uade filius tuus viuit. Hic ſuperbia

noſtra retundit: qui i hominibus nō naturaꝫ
qua ad imaginem dei facti ſunt: ſed honores
⁊ diuitias veneramur. Redemptor vero no/
ſter vt oſtēderet quoniā que alta ſunt: homi/
nibus ſanctis deſpicienda ſunt: ⁊ que deſpi/
cienda ſunt hominibus: deſpicienda nō ſunt
ſanctis. Ad filium reguli ire noluit: ad ſeruū
centurionis ire paratꝰ fuit. CHRY. Vel
aliter: Illic quideꝫ fides cōfirmata erat: iccir/
co ⁊ promiſit ire vt diſcamus viri deuotionē.
hic autem adhuc imperfectus erat: ⁊ nondum
nouerat manifeſte ꝙ abſens curare poterat.
vnde ex hoc ꝙ nō accedit ieſus hoc addiſcit.
Sequitur eniꝫ: Credidit homo ſermoni quē
dixit ei ieſus ⁊ ibat. Non tamē integre neqꝫ
ſane. ORI. Oſtēditur autē eius dignitas
⁊ officium ex hoc ꝙ ſeruientes illi occurrunt.
vnde ſequitur: Iam auteꝫ eo deſcendente ſer
ui occurrerunt ei: ⁊ nun. ei di. quia fi. eiꝰ vi.
CHRY. Qui quidem obuiauerunt: non
vt annunciarent ſolum ſed quaſi eſtimantes
de reliquo ſuperfluā eſſe chriſti preſentiā quē
credebant accedere. Quod aūt regulus nō in
tegre credidit: neqꝫ ſane oſtenditur ex hoc qđ
ſequitur: Interrogabat ergo horam ab eis in
qua melius habuerat. Volebat eni ſcire vtrū
caſu vel ex precepto chriſti hoc factum eſſet.
Sequitur: Et dixerunt ei q: heri hora ſeptīa
reliquit eum febris. Vide qualiter miraculuꝫ
manifeſtum eſt: non enim ſimpliciter neqꝫ vt
contingit a periculo liberatus eſt: ſed repente
⁊ ſimul vt appareat non eſſe ex nature conſe/
quentia quod fiebat: ſed actione chriſti. vñ ſe
quitur: Cog. ergo pater quia illa hora erat in
qua dixit ei ieſus: F i. tu. vi. ⁊ cre. ipſe ⁊ do.
eius tota. AVGV. Si ergo propterea cre
didit: quia nunciatum eſt ei ꝙ filius eius eſſet
ſanus: ⁊ comparauit horam nunciantiū hore
prenunciantis: quando rogabat nonduꝫ cre
debat. BEDA. Vnde datur intelligi ⁊ i fi
de gradus eſſe ſicut ⁊ in alijs virtutibus qui
bus eſt initium incrementum atqꝫ perfectio.
Huius ergo fides initiū habuit cum filij ſa/
lutem petijt: incremētum duꝫ credidit ſermo
ni domini dicētis: Filius tuus viuit. Dein/
de perfectionem obtinuit nūciātibus ſeruis.
AVGV. Ad ſolum ſermonē crediderūt
plures ſamaritani. Ad illud miraculum ſola
illa domus credidit vbi eſt factū. vnde ſub/
dit euangeliſta: Hoc iteꝝ ſecūdum ſignuꝫ fe

cit ieſus: cum veniſſet a iudea in galileam.
CHRY. Nō ſine cauſa hoc adiecit ſꝫ oſtē
dens quoniā ſecundo ſigno facto: nōdum ad
altitudinē ſamaritanoꝝ nullū ſignum viden
tium iudei ꝑuenerūt. ORI. Amphibolo/
giam aūt continet preſens dictū. vno eni mo
do denotat ꝙ ieſus veniēdo a iudea in galile
am: duo fecit miracula: quoꝝ ſecūdum eſt fa/
ctum erga filiū reguli. alio modo ſic: Duobꝰ
exiſtētibꝰ ſignis que ieſus i galilea exercuit:
ſcđm egit veniens a iudea in galileā. ⁊ hic ſen/
ſus verus eſt. Myſtice aūt per hoc ꝙ ieſus
bis in galileam accedit: binus ſaluatoris ad/
uentus in mūdum oſtenditur: primus quidē
miſericordie: vt vino facto cōuiuas exhilaret:
ſecūdus vero vt filiū reguli ad mortem pene
deductū ſuſcitet. i. populū iudeoꝝ q poſt ple/
nitudinē gentiū accedet ſaluādus i fine. Ma
gnus aūt rex regū eſt qui cōſtitutus eſt a deo
in monte ſyon ſctō eius: huius q viderūt diē
⁊ gauiſi ſunt: reguli dinoſcunt. Arbitramur
igitur regulum eſſe abraā: egrotum vero fili
um eius iſraeliticum genus debilitatuꝫ erga
cultum diuinū: ⁊ ideo incaluit igniitis ſpiculiſ
inimici: vt proinde febrire cēſeatur. Appare
aūt ꝙ ꝓcedētibus ſanctis poſtqꝫ carnis exue/
runt amictum populus fuit cure. vnde legit
in machabeis poſt mortem hieremie: Hic ē
hieremias ꝓpheta dei: qui plurimū orat pro
populo: Abraam igitur obſecrat adiuuari a
ſaluatore populum infirmū: ⁊ quidem pote/
ſtatis verbū de chana prodit: vbi dictum eſt:
Filius tuus viuit. Sed verbi efficacia in ca/
pharnaū agitur. nam ibi filius reguli curatuſ
eſt quaſi in agro conſolatiōis morās qđ ſigni
ficat genus quoddam debiliū non tñ omnino
fructibus priuatoꝝ. Illud aūt: Niſi ſigna ⁊
ꝓdigia vi. nō cre. dictū illi refertur ad multi/
tudinem filioꝝ ſuoꝝ: ⁊ ad ipſum quodāmo/
do: ſicut enim ioānes expectabat datum ſibi
ſignum. ſ. ſuper quē videris ſpūm deſcendē
tem: ſic ⁊ premortui ſancti aduentū xp̄i in car
nem ⁊ ſignis ⁊ ꝓdigijs manifeſtādum expe
ctabant. Habebat aūt hic regulus non ſoluꝫ
filium ſed etiam ſeruos ꝑ quos ſignificatur
maneries quedam minus bene. ⁊ iſtima cre/
dentium nec a caſu hora ſeptima deſerit filij
febris: nam ſeptenarius numerus eſt gens.
ALCVI. Vel q: per ſeptiformē ſpūm ē
ois remiſſio peccatoꝝ. Septenarius enim in

tria ⁊ quattuoꝛ diuiſus ſignificat ſanctam tri/
nitatem in quattuoꝛ anni tꝑibus: in quattuoꝛ
mundi partibus: in quattuoꝛ elementis.
ORI. Poſſunt quoq; ſignificari duo ad/
uentus chriſti verbi ad animā: primus qdē
et facto vino prebens anime gaudiū ſpūalis
conuiuij ſecūdus vero omnes languoris ac
mortis reliqas amputans. THEO. Re/
gulus aūt eſt omnis homo nō ſolum qꝛ regi
vniuerſoꝝ propinquus exiſtit ſm aiam: ſed
qꝛ ⁊ ipſe ſuper omnia principatū ſumpſit: cu
ius filius.i.mens febricitat voluptatibꝰ pra
uis ⁊ deſiderijs. Accedit aūt ad ieſum ⁊ dep̄
catur vt deſcēdat.i. vt cōdeſcenſu miſericor/
die vtatur ⁊ parcat peccatis priuſq; a volupta
tum infirmitate mortificetur. Sed dominus
dicit: Uade.i.ꝑfectum cōtinuū circa bonū
oſtendas: ⁊ tunc filius tuus viuet. Si autem
ambulare ceſſaueris mortificabitur tibi intel/
lectus circa boni operationem.

¶ Dnica.xxij. Mathei.xviij. cap.

Simile eſt regnum celoꝝ
homini regi: qui voluit
rationē ponere cum ſer/
ſpiritaliū ſacroꝝ diuitijs ſūt īteri⁹ refecti. Di
cunt̄ aūt apoſtoli fuiſſe cophini: q꞉ p aplo̓s fi
des ſctē trinitatis erat pdicāda i q̄ttuor ptib⁹
mūdi. Qd̓ aūt nouos panes noluit facere: ſꝫ
alatos cumulauit: ſignificat q꞉ veterē ſcriptu
ram non reprobauit: ſed aperiendo patefecit.

¶ In anniuerſario dedicationis ec
cleſie. Luce. xix. cap.

Ingreſſus ieſus peram/
bulabat hiericho. Et ecce
vir nomīe zacheus: ⁊ hic
princeps erat publicano/
rum: ⁊ ipſe diues. Et que/
rebat videre ieſum quis eſſet: ⁊ non po
terat pre turba: q꞉ ſtatura puſill⁹ erat.
Et precurrens aſcendit in arborem ſi/
comorum vt videret illum: quia inde
erat tranſiturus. ⁊ cum veniſſet ad lo/
cum: ſuſpiciens ieſus vidit illum: ⁊ di/
xit ad eum zachee feſtinans deſcende:
quia hodie ī domo tua oportet me ma
nere. Et feſtinans deſcendit: ⁊ excepit
illum gaudens. ⁊ cum viderent omnes
murmurabant dicentes: q̄ ad hominē
peccatorem diuertiſſet. Stans autem
zacheus dixit ad ieſum. ecce dimidium
bonorum meorum domine do paupe/
ribus: ⁊ ſiquid aliquē defraudaui red
do quadruplum. Ait ieſus ad eum.
Quia hodie ſalus domui huic facta
eſt: eo q̄ ⁊ ipſe filius ſit abrae. Ve/
nit enim filius hominis querere ⁊ ſal/
uum facere quod perierat.
AM. Zache⁹ in ſicomoro: cec⁹ ī via: quorū
alteꝝ dn̄s miſerat⁹ expectat: alteꝝ ſue māſio/
nis claritate nobilitat. de quo dr̄: Ingreſſus
ieſus p ambu. hie. ⁊ ec. vir noīe zache. ⁊ hic
erat pn̄. publica. ⁊ ipſe diues. Et bene prin/
ceps inducit̄ publicanoꝝ. Quis. n. d̓ ſe deſpe
ret qn̄ iſte puenit ad gratiā: cui cēſus ex frau/
de: ⁊ ipſe qdē diues: vt ſcias oēs diuites aua
ros. CIRYL. Sꝫ zache⁹ ī his morā non
traxit: ſꝫ fact⁹ ē dign⁹ ppitiatiōe dei: q cecos
illuminat: ⁊ longinquos vocat. TY. Pullu
lauerat aūt ī eo ſemē ſalutis: q꞉ cupiebat ieſū
videre. vn̄ ſequit̄: Et q̄rebat videre ieſū q̄s
eēt. Vtpote q nūqꝫ eū viderat: q꞉ ſi vidiſſet:
dudum iam receſſiſſet a negocia publicana. Si
qs. n. ieſum videt: non pōt negocijs immorari.

Quo aũt erãt ĩpedimẽta huic viſioni: nã retardabat eũ populus: nõ tã viroꝝ q̃ꝫ peccatorũ: erat aũt paruus ſtatura. vñ ſequit᷑: Et nõ poterat pre turba: q2 ſta. puſillus erat. AM. Quid ſibi vult ꝙ nullius alteri⁹ ſtaturã quaꝫ huius expſſit vide ne forte malicia puſillus: aut adhuc puſillus fide. nondũ.n. ꝑmus erat cum aſcenderet: nondum viderat chriſtum. TYTUS. Sed ille bonum adinuenit ingenium: nam precurrens in arborẽ ſicomorum aſcendit: ⁊ tranſeuntem ieſum deſideratꝫ videbat. vnde ſequitur: Et precurrens aſcendit in arborem ſicomorum vt videret illum quia inde erat tranſiturus. Hic ergo ſolam viſionem deſiderauit: ſed qui nouit plus facere q̃ꝫ querimus dedit ei ſupra id quod expectabat. vnde ſequitur. Et cum veniſſet ad locum ſuſpiciens ieſus vidit illum. CIRYL. Vidit quidem hominis animam promptiſſime nitentem ad ſancte viuendum: ⁊ eũ ad pietatẽ conuertit. AMBRO. Capit eũ ſe inuitat⁹ inuitat. vñ ſequit᷑: Et dixit ad eũ: Zachee feſtinãs deſcẽde: q2 hodie ĩ domo tua oportet me manere. Sciebat. n. vberem hoſpitis ſui eſſe mercedẽ: ſꝫ tñ ⁊ ſi nõ vocẽ: inuitantis audierat affectũ. BEDA. Ecce aũt camelus depoſita ibi ſarcina ꝑ foramen acus trãſit: hoc ẽ diues ⁊ publicanus relicto amore diuitiaꝝ: ɔtẽpto ſenſu fraudũ: benedictioneꝫ dñice ſuſceptiõis accepit. Sequit᷑: Et feſtinãs deſcẽdit: ⁊ accepit illũ gaudẽs. AM. Diſcãt diuites nõ in facultatib⁹ crimẽ hẽre: ſꝫ in his q vti neſciũt facultatib⁹. Nã diuitie ſicut ĩpedimẽta ſunt ĩprobis: ita bonis ſunt adiumẽta virtutis. CHRY. Sꝫ ɔſidera nimiam ſaluatoris bonitatẽ. Inſons cũ ſontib⁹ cõuerſat᷑. Fons iuſtitie cũ auaricia q̃ ẽ materia prauitatis igreſſus domũ publicani nullã ex auaricie nebula iniuriam patit᷑: ſꝫ fulgore iuſticie auariciã delet. ſed mordaces ⁊ criminationis amatores inuehi tentãt in his q̃ ab eo fiebãt. Sequit᷑.n. Et cũ vide. om. murmu. dicẽt. q2 ad ho. pec. diuertiſſet. Ipſe vo icuſat⁹ vt epulo ⁊ publicanoꝝ amic⁹ ſpnebat hec: vt ɔſummaret ꝓpoſitũ: q2 ⁊ medic⁹ niſi patiat᷑ ſaniẽ egrotoꝝ: nõ liberat a morbo: qḋ ⁊ tũc ɔtigit. q2 ɔuerſus ẽ publicanus ⁊ fact⁹ eſt melior. Sequit᷑: Stans aũt zache⁹ dixit ad ieſuꝫ: Ecce dimi. bo. meo. dñe do. pau. ⁊ ſiqd ali. defrauda. red. quadruplũ. Audi mirabile: Nõdũ didicit: ⁊ obedit: Et ſicut ſol ꝑ radios iſuſus ĩ domũ nõ illuſtrat. vbo ſꝫ ope: ita ſaluator radijs iuſticie neqcie fugauit caliginẽ: nã lux in tenebris lucet. Quodlibet aũt vnitum eſt validum: diuiſum autem debile: ⁊ ideo bipartit ſubſtantiam. Eſt autem diligentius attendendum: ꝙ opes zachei non ſolum erant iniuſte: ſed etiam ex patrimonio fuerunt congregate alioquin quomodo poterat extorta iniqua reſtituere in quadruplum. Sciebat.n. legem iubentem reſtituere in quadruplum male ablata: vt ſi lex nõ terreat: damna mitigẽt. non ergo expectat zacheus legis cenſuram ipſe ſibi iudex effectus. THEO. Sed ſi ſubtilius indagare velimus nihil de proprijs reſtabat facultatibus. Data.n. medietate bonorum pauperibus ex reſiduo reddebat leſis in quadruplo: nec ſoluꝫ hoc promittebat: ſed faciebat. Non enim ait: Dabo medietateꝫ ⁊ reſtituam quadrupluꝫ: ſed do ⁊ reddo. At chriſtus illi saluteꝫ annunciat. Sequitur: Ait ie. ad eum. quia ho. ſa. huic do. facta eſt. ipſum zacheum ſignificans aſſecutum fuiſſe ſalutẽ: per domum habitatorem ſignificans. Sequitur: Eo ꝙ ⁊ ipſe filius ſit abrae. Non enim vocaſſet abrae filium inanimatam fabricam. BEDA. Filius autem abrae zacheus dicitur: non quia de eius ſtirpe genitus: ſed quia eius eſt fidem imitatus: vt ſicut ille terrã domumq́ꝫ paternam deſeruit: ita iſte bona ſua partiendo pauperibus relinqueret. Pulchre autem dicit: Et ipſe. vt non ſolum eos qui iuſte vixerant: ſed ⁊ eos qui ab iniuſticia reſipiſcunt: ad filios promiſſionis pertinere declaret. THEOPHI. Non autem dixit ꝙ filius erat abrae: ſed quoniam nũc eſt. nam ꝓus quando erat publicanorum princeps nullam ſimilitudinem habens ad abraam iuſtũ: non erat abrae filius. Sed quia murmurabãt quidam eo ꝙ moraretur cum viro peccatore: ad compeſcendos illos ſubdit: Venit enim filius hominis querere ⁊ ſaluꝫ facere quod perierat. CHRY. q. d. Quid me criminamini ſi rectifico peccatores: tã enim procul eſt a me odium peccatorum: ꝙ eorum cauſa aduenerim. nam medicus veni: non iudex: ob hoc conuiuia fio languentiuꝫ: patiorq́ꝫ fetorẽ: vt preſtem remedia. Queret autem aliquis: quomõ paulus iubet: ſiquis frater fuerit ꝑcar aut auar⁹: cũ huiuſmodi nec cibũ eẽ ſumẽ

dum. Chriſtus autem erat publicanorum cō/
uiua: ſed nondum prouecti erant iſti vt fierēt
fratres: ſed ⁊ tunc vitare precepit paulus fra
tres cum perſtant in malo: hi vero erant mu/
tati. BEDA. Myſtice autem zacheus qui i
terpretatur iuſtificatus: credentem ex gentibꝰ
populum ſignificat: qui per occupationem tē
poralium depreſſus erat ⁊ minimꝰ ſed a deo
ſanctificatus: qui itrantem hierico ſaluatorem
videre voluit: dum fidem quam mundo attu
lit: participare queſiuit. CIRYL. Turba
autem eſt imperite confuſio multitudinis: q̄
verticem nequiuit videre ſapientie. ergo za/
cheus q̄zdiu in turba eſt: non vidit chriſtum:
ſed plebeiam tranſgreſſus iſcitiā: meruit quē
deſiderabat aſpicere. BEDA. Vel turba
ideſt vitiorum conſuetudo que cecum claman
tem increpabat etiam hunc ſuſcipientem tar/
dat: ſed ſicut amplius clamando cecus turbā
vicit: ita puſillus terrena relinquendo ⁊ arbo
rem crucis aſcendendo: turbam obſtantē trā/
ſcendit. Sicomorus nāqz que eſt arbor foli/
is moro ſimilis: ſed altitudine preſtans: vn/
de ⁊ latinis celſa nuncupatur. Ficus fatua d
citur: ⁊ eadem dominica crux credētes alit vti
ficus: ab incredulis irridetur vt fatua. Quaz
arborem puſillus ſtatura zacheus vt coexalta
ri poſſit aſcendit: cum quilibet humilis ⁊ pro
prie conſcius infirmitatis clamat: Mihi ab/
ſit gloriari: niſi i cruce domini noſtri ihu xpi.
AM. Pulchre autem addidit: quia illa pre
erat tranſiturus dn̄s: vel vbi ſicomorus vel
vbi crediturus vt myſterium ſeruaret: ⁊ gra/
tiam ſeminaret. ſic enim venerat: vt ꝑ iude/
os veniret ad gētes. Vidit itaqz zacheū ſur/
ſum: iam enim ſublimitas fidei inter fructus
bonorum operum inter fecunde altitudinem
arboris eminebat. Zacheus autem ſupra ar/
borem eſt: quia eſt ſupra legem. BEDA.
Perambulans autem dominus venit ad lo
cum vbi zacheus ſicomorum aſcenderat: quia
miſſis per mundum predicatoribus in q̄bus
ipſe loquebatur ⁊ ibat. Venit ad populū na/
tionum qui paſſionis eius fide iam ſublimis
erat: quem ſuſpiciens vidit: quia per gratiam
elegit. Manebat autem aliquando dn̄s in do
mo principis phariſeorum: ſed cum opera di
gna deo facientem lingua venenata carpebāt
vnde eorū peroſus facinora diſceſſit dicēs:
Relinquetur domus veſtra deſerta. Hodie
autem in domo puſilli zachei oportet illū ma
nere. i. noue legis gratia coruſcante in humi/
lium nationum corde quieſcere. Quod autē
deſcendere de ſicomoro ⁊ ſic manſionem i do
mo parare iubetur: hoc eſt quod ait apoſtolꝰ:
Etſi cognouimus ſm carnē chriſtum: ſed iā
nunc non nouimus. Etſi enim mortuus eſt
ex infirmitate: ſed viuit ex virtute dei. Mani
feſtum eſt autem iudeos gentium ſemꝑ odiſ/
ſe ſalutem: ſed ſalus que olim iudeorum do/
mos implebat: hodie populum nationum il/
luxit: eo ꝙ ⁊ ipſe populus filius ſit abrahe cre
dendo in deum. THEO. Sed ⁊ facile eſt
hoc ad moralem vtilitatē retorquere. Quiſ/
quis enim in malicia pluribus preeſt: paruus
eſt ſtatura ſpirituali: ⁊ non poteſt videre ieſum
pre turba. Nam perplexus a paſſionibus et
ſecularibus rebus: non aſpicit ieſum ambulā
tem ideſt in nobis operantem: nullum opus
eius cognoſcens. Aſcendit autem ſuper ſico
morum ideſt voluptatis dulcedinem: que ſi/
gnificatur per ficum: deprimēs eā: ⁊ ſic ſubli
mior factus: videt ⁊ vr̄ a chriſto. GREG.
xxvij. mor. Vel quia ſicomorus ficus fatua
dicitur: puſillus zacheus ſicomorum ſubijt ⁊
dominum vidit: quia q̄ mundi ſtulticiam hu/
militer eligunt: ipſi de his ſapientiam ſubtili
ter cōtēplantur. Quid enī in hoc mūdo ſtul
tius q̄ amiſſa non querere: poſſeſſa rapienti
bus relaxare: nullam pro acceptis iniurijs in
iuriam reddere. Per hanc autem ſapientem
ſtulticiam: etſi nondum ſolide vt eſt: iā tamē
per contemplationis lumen dei ſapientia vi/
detur. THEOPHILVS. Dicit autem
ei dominus: Feſtinans deſcende. hoc eſt:
Aſcendiſti per penitentiam ad altiorem locū:
deſcende per humilitatem: ne te ſupplantet
elatio: oportet enim me in humilis domo ma
nere. Geminis autem bonis in nobis exiſtē
tibus: corporalibꝰ ſcilicet ⁊ ſpiritualibus: cū/
cta corporalia dereliquit iuſtus pauperibus:
ſed ſpiritalia non deſerit bona: ſed ſiquid ere
git ab aliquo reddit quadruplum: ſignificans
per hoc ꝙ ſiquis per penitentiam pergit i cō/
trario tramite priſce prauitatis: per multipli/
ces virtutes ſanat omnia priſtina delicta: ac
ſic promeretur ſalutē: vocaturqz filius abrahe:
eo ꝙ a propria cognatione exierit. ſ. ab anti/
qua nequitia.

¶ Dominica prima in aduentu do/
mini. Mathei. xxi. cap.

ET cum appropinquaſſet
hieroſolymis: ⁊ veniſſet
betphage ad montem oli
ueti: tunc miſit duos di/
ſcipulos dicens eis: Ite i
caſtellum quod contra vos eſt: ⁊ ſtatim
inuenietis aſinam alligatam ⁊ pullū cū
eam ſoluite ⁊ adducite mihi. Et ſiquis
vobis aliquid dixerit dicite: q: domin⁹
his opus habet: ⁊ confeſtim dimittet
eos. Hoc autem factum eſt: vt adiple/
retur quod dictum eſt per prophetam
dicentem: Dicite filie ſyon: ecce rex tu
us venit tibi manſuetus ſedens ſup aſi/
nam: ⁊ pullum filium ſubiugalis. Eun
tes aūt diſcipuli fecerunt ſicut precepit
illis ieſus. Et adduxerūt aſinā ⁊ pullū:
⁊ impoſuerūt ſuper eos veſtimēta ſua:
⁊ eum deſuper ſedere fecerunt. Pluri
ma autem turba ſtrauerunt veſtimen/
ta ſua i via: Alij autem cedebāt ramos
de arboribus: ⁊ ſternebant in via. Tur
be autem que precedebant ⁊ que ſeque/
bantur: clamabāt dicentes: Oſanna fi
lio dauid: benedictus qui venit i nomi
ne domini.

REMI. Narrauit ſuperi⁹ euāgeliſta dn̄m
egreſſū a galilea ⁊ cepiſſe aſcēdere hieroſoly
mā. Poſtq̄ʒ ergo narrauit qd i via geſſerit
in incepta intentione perſeuerās dicit: Et cū
appropiquaſſet hieroſoly. ⁊ ve. betpha. Bet
phage viculus fuit ſacerdotuʒ: ſitus in latere
mōtis oliueti: diſtans vno miliario a hieruſa
lem. ſacerdotes. n. q per certos dies in tēplo
deſeruiebant cōpleto officio vicis ſue: illic di/
uertebant ad manēdū. ſimiliter ⁊ illi qui acci/
piebant officiū illuc diuertebāt q: preceptum
fuit in lege: vt nullus. diebus ſabbatorū pl⁹
q̄ʒ mille paſſus icideret. ORI. Dn̄ ⁊ iterp̄
tatur betphage domus maxillarū: qm̄ maxil/
la propria erat pars ſacerdotū in lege. Sequi
tur: Tunc mi. duos di. CHRY. ſup ma/
the. Non dixit diſcipulis dicatis: Dn̄s tuus
his opus habet: vel dn̄s veſter: vt itelligant
q: ipſe ſit ſolus dn̄s: nō ſolum aialium ſʒ oi/
um hominū: nā ⁊ peccatores cōditione quidē
ſui ſunt: volūtate āt ſua diaboli. CHRY.
i ho. Neqʒ paruū enim exiſtimes qđ factū ē:
quis eni ſuaſit dn̄is iumentorum nō velle cō
tradicere: volentes ſilere ⁊ concedere: ⁊ i hoc
diſcipulos erudit qm̄ poterat ⁊ iudeos ꝓhi/
bere: ſed noluit: ſed ⁊ docet vt qđcūqʒ petituʒ
fuerit darēt. ſi eni qui ignorabant chriſtū: ita
cōceſſerūt: multomagis diſcipulos cōuenit oi
bus dare: quod autē dicitur: Et confeſtim di
mittet eos. CHRY. ſuper math. Intelli/
gēdum ē q aial poſtq̄ʒ igreſſū ē in hieruſalē
ad dn̄m ſuū remiſſum eſt a chriſto. GLO.
Vel dn̄s iumentorū cōfeſtim dimittet eos in
dn̄i ſeruitio mācipandos. Adhibet aūt huic
facto ꝓphete teſtimonium: vt appareat dn̄m
oīa que de ipſo ſcripta erant impleſſe: ſed iui/
dia cecatos ſcribas ⁊ phariſeos ea que ipſi le
gebant intelligere noluiſſe. ⁊ iō ſequit: Hoc
aūt totū factū eſt vt adim. qđ di. eſt p prophe.
dicētē. ſ. zachariam. CHRY. ſup math.
Sciēs eni propheta maliciā iudeorū q: cōtra
dicturi erant chriſto aſcendēti in tēplum p̄mo
nuit vt p hoc ſignū cognoſcerēt regē ſuū di/
cētē: Dicite filie ſyon. RABA: Filia ſyon
hiſtorialiter dr̄ hieruſalem ciuitas: q̄ ſita ē in
mōte ſyō: myſtice aūt ē eccl'ia fideliū ꝑtinens
ad ſupnā hieruſalē. CHRY. ſup mathe.
Ecce oſtēdētis verbū. i. carnali aſpectu: ſed
ſpūali itellectu opa v̄tutū ei⁹ aſpicite. Añ tpa
qdē multi dicebāt Ecce: vt oñderet q: ille de
quo loquebat̄ anteq̄ʒ naſceret̄ iā erat. Rex tu
us. Cū ergo videritis eū nolite dr̄e: Nō ha/
bemus regem niſi ceſarē. Venit tibi. Si itel
lexeris: vt ſaluet te: ſi nō itellexeris: venit con
tra te. Māſuet⁹. Nō vt ꝓpter potētiā timere
tur: ſʒ vt ꝑꝑ māſuetudinē amaret̄. vn̄ nō ſe/
det i curru aureo p̄cioſa purpura fulgēs: nec
aſcēdit ſuper feruidum equuʒ diſcordie ama
torē ⁊ litis: ſed ſuper aſinā trāqllitatis ⁊ pa/
cis amicā. vn̄ ſeqt̄: Sedēs ſup aſi. ⁊ pul. fi.
ſubiu. AVGV. de cō. euā. In hoc āt teſti
monio ꝓphetico aliquanto diuerſa eſt euāge
liſtaꝝ locutio h. n. mathe⁹ ſic adhibet vt aſinā
dicat cōmemoraſſe ꝓphām: nō āt ita ſe hʒ vel
qđ ioānes iterponit: vel codices eccleſiaſtice i

terptatiõis.lxx. Cui⁹ rei cā mihi vi' q mathe/
us hebrea lingua perhibetur euāgeliū cõscri
psisse. Manifestū est aūt iterpretationē illam
q̄ dr.lxx.in nõnullis aliter se habere q̄ inue/
niunt in hebreo: qui eā linguā nouerūt: & q i/
terpretati sunt singuli eosdē libros hebreos.
Huius aūt distātie causa si queraꝛ nihil pba
bilius estimo q̄ eos.lxx.eo spū iterpretatos
quo: & illa q̄ iterptabanꝛ dcā fuerāt: qđ ex ipa
eorū mirabili que predicatur cõsētione firma
tū ē: ergo & ipsi nõnulla in eloquio variando
& volūtate dei cui⁹ verba erāt nõ credēdo ni/
hil aliud demõstrare voluerūt: q̄ hoc ipsum
in euangelistarū cõcordia qdā diuersitate nar
ratur: qua nobis ostēdiꝛ nõ eē mēdaciū: sicut
quisq̄ ita diuerso mõ aliqd narret vt ab eius
voluntate cui cõsentiēdū est nõ recedat: qđ no
scere i moribus vtile ē pter cauēda menda/
cia: & ipsi fidei ne putemus q̄si cõsecratis so/
nis ita muniri veritatē tāq̄ deus nobis quē
admodū ipsam rem: sic verba que pter illū
sunt dicenda cõmēdet: cū poti⁹ ita res sermo/
nibus pferaꝛ: vt istos oino querere nõ debe/
remus: si rem sine his nosse possemus: sicut
illam nouit deus: & i eo angeli eius. Sequiꝛ.
Eū. autē discipuli fece. sic pce. il. ie. & ad asi.
& pul. Ceteri āt euāgeliste de asina tacēt. Nõ
deberet āt pmouere lectorē nec si matheus de
pullo tacuisset sicut illi de asina tacuerūt: q̄to
minus moueri oportet: q vnus ita cõmemo/
rauit asinā de qua ceteri tacuerūt: vt tñ pullū
nõ taceret de q̄ illi dixerūt. vbi. n. vtrūq pōt
itelligi factū nulla repugnātia ē: nec si ali⁹ ali/
ud cõmemoraret: q̄to min⁹ vbi vn⁹ vnū: ali⁹
vtrūq. Sequiꝛ. Et iposuerunt sup ea vesti.
sua & cū desup se. fe. HIERO. Sz videꝛ
q sup vtrūq aial i paruo itineris spatio dñs
sedere nequerit. ergo cū historia aut ipossibili
tatē hēat aut turpitudinē: ad altiora trāsmitti/
mur. i. ad mysticū sensum. REMI. Lz po
tuerit fieri vt super vtrunq aial dñs sederit.
CHRY. in ho. Mihi aūt videꝛ q nõ pro
pter mysterium solum sup asinā sedit: sed et
mēsurā nobis sapie tribuēs demõstrat. s. q
nõ sup equos ferri necesse est: sed sufficit asi/
no vti: & eo q necessitatis est eē cõtētū. Inter
roga āt iudeos qs rex sup asinā delatus itra/
uit hierosolymā s; nõ vtiq aliū hñt dicere: ni
si istū solū. HIERO. Turbe ergo q̄ egres
se fuerāt de hiericho & secute saluatorē: suppo/
suerūt vestimēta sua & strauerūt viā ramis ar
borū. & iō sequiꝛ: Plu. āt tur. stra. vesti. sua i
via. pedib⁹ asini. nec vbi offendat i lapidē:
nec calcet spinā: nec labaꝛ i foueaz. Sequiꝛ:
Alij aūt cede. ra. de arbo. & ster. in via de ar/
boribus. s. fructiferis qbus mons oliueti cõ/
situs est. Cūq ope cūcta fecissent: vocis quo
q tribuunt testimoniū. vñ seqꝛ: Turbe autē
que precede. & seq. cla. di. O san. fi. da. Quid
aūt significet osanna: nūc pstringaz breuiter.
In cētesimo. xvij. psalmo q manifeste de ad/
uētu saluatoris scriptus est iter cetera hoc q̄
legimus: O dñe saluum me fac: o dñe bene
prosperare. Bñdictus q vēturus es in noie
dñi. Pro eo qđ i. lxx. habeꝛ iterptib⁹: O dñe
saluū me fac: in hebreo legimus: Anna ado/
nai osi anna. Quod manifestius ē iterpretat⁹
Simmachus dicēs: O bsecro dñe saluū me
fac. Nemo ergo putet ex duobus verbis gre
co. s. & hebreo sermonē eē cõpositū: sed totū
hebraicū est. REMI. Et ē cõpositus ex in/
tegro & corrupto: O si eni latine diciꝛ salua si/
ue saluifica: Anna vero apud illos iteriectio
est obsecrātis. nā sicut apud illos ab obsecran
te dr anna: sic apud latinos a dolente dr heu.
HIE. Significauit. n. q aduentus xpi sal⁹
mundi sit. vñ seqtur: Benedict⁹ q venit i no
mine domini. Saluatore quoq idipsum in
euāgelio cõprobāte. Ego iquit veni i noie pa
tris mei. REMI. Quia. s. in omnib⁹ bõis
operib⁹ nõ suā: sed patris gloriaz quesiuit.
GLO. Et est sensus: Bñdictus. i. glorio/
sus sit: Qui venit. i. incarnat⁹ ē. In noie do
mini. i. patris cum glorificādo. Itex repetūt:
O sāna. i. salua obsecro. & determināt vbi se
vellēt saluari. In altissimis. i. i celestib⁹: non
in terrenis: HIE. vel p hoc qđ iūgiꝛ. O san
na. i. salus in excelsis: pspicue ostendiꝛ q ad/
uentus christi nõ tm̄ hominis salus sed tot⁹
mundi sit: terrena iūgens celestibus. ORI
GE. Vel humana qdem xpi dispēsationem
laudāt in eo q dicebant: O sanna filio dauid
benedictus q venit in noie dñi: Restitutionē
aūt eius i scā: in eo q dicebāt: O sanna in ex/
celsis. CHRY. sup matheū. O sāna etiā
quidam iterptantur gloriā: alij vero redem/
ptionē. Nā & gloria illi debeꝛ: & redēptio illi
cõuenit q oēs redemit. HILA. Laudatio/
nis eni vba redēptiõis i eo exp̄mūt ptāte. fi/
lium aūt dauid nūcupant in quo agnoscerent

eterni regni hereditatem. CHRY. Nūq̄
aūt antea dn̄s ſibi adhibuit miniſteria iumen
torū: nec ramorū virētia circa ſe ornamēta cō/
ſtituit: niſi mō quādo hieruſalē vt pateret aſcē
dit. Excitauit eni videtes vt facerēt qđ prius
volebant: ergo ptās eis data eſt: ñ mutata vo
luntas. HIE. Myſtice aūt appropiquat do/
minus hieroſolymis egrediēs de hierico: tur
bis ide eductis q̄z plurimis: qꝛ magnus ma/
gnis ditatus mētibus ſalute credētiū rediēs:
ingredi cupit vrbē pacis ⁊ locū viſionis dei.
Et venit betphage. i. ad domū maxillarū ⁊ cō
feſſionis portabat typū ⁊ erat ſitus i mōte oli
ueti vbi eſt lumē ſcie laborū ⁊ dolorum requi
es. Per caſtellum eni qđ ꝯtra ap̄los erat mū
dus iſte deſignatur: cōtra apoſtolos eni erat:
nec lumen doctrinarum volebat accipere.
REMI. Dn̄s ergo de mōte oliueti diſci/
pulos ad caſtellū miſit: qꝛ de primitiua eccle/
ſia p̄dicatores i mūdū direxit. Duos quippe
miſit ꝓpter duos ordines p̄dicatorum quos
manifeſtat apoſtolus dicēs: Qui operatꝰ eſt
petro i apoſtolatū circūciſionis operatꝰ ē ⁊ mi
hi inter gētes: ſiue qꝛ duo ſunt precepta chari
tatis: ſiue ꝓpter duo teſtamēta: ſiue ꝓpter lit
terā ⁊ ſpūm. HIE. Scire pp theoricā ⁊ pra
cticam. i. ſciētiā ⁊ opera. Aſina aūt iſta q̄ ſub
iugalis fuit ⁊ edomita ⁊ iugū legis traxerat:
ſynagoga intelligitur. Pullus aſine laſciuus
⁊ liber gētiū populus. Judea enim ſ̄m deum
mater eſt gētiū. RABA. Dn̄ matheus ſo
lus q iudeis euāgelium ſcripſit aſinā dn̄o re/
fert adductā: vt eidē ēt genti hebree ſi penite/
at ñ deſperādā mōſtret eē ſalutē. CHRI.
ſup math. Propter quaſdā aūt ſimilitudines
aialibus aſſimulati ſūt homines dei filiū ñ co/
gnoſcētes. Eſt. n. animal imūdum ⁊ pre cete
ris pene iumētis magis irrōnabile ⁊ ſtultum
et īfirmum ⁊ ignobile ⁊ oneriferū. Sic fuerē
hoīes añ xp̄i aductū: paſſionibus diuerſis i/
mundi: irrōnabiles verbi rōne carētes: ſtulti
ꝓpter dei contēptū: infirmi ſꝫ animā: igno/
biles: qꝛ obliti generatōis celeſtis facti fuerāt
ſerui paſſionū ⁊ demonū: oneri feri: qꝛ ſuſſe/
rebant ſarcinā erroris a demonibꝰ vel phari/
ſeis impoſitā. Ligata āt erat aſina. i. diaboli/
ci erroris vinculo īpedita: vt nō haberet liber
tatem eundi quo vellet: nā anteq̄z peccemꝰ: li
berū habemus arbitrium ſequi volūtatē dia/
boli an non. Qui ſi ſemel peccātes obligaue/
rimus nos operibus eius iam noſtra virtute
euadere nō poſſumus: ſed ſicut nauis fracto
gubernaculo illuc ducitur vbi tempeſtas vo/
luerit: ſic ⁊ homo diuine gratie auxilio ꝑdito
per peccatum non quod vult agit: ſed qđ dia/
bolus vult. Et niſi deus valida manu miſeri
cordie ſue ſoluerit eum: vſqꝫ ad mortem i pec
catorum ſuorum vinculis permanebit. ⁊ ideo
dicit diſcipulis: Soluite. ſ. per doctrinā vr̄am
⁊ per miracula veſtra: quia omnes iudei ⁊ gē
tes per apoſtolos ſunt liberati. Et adducite
mihi ideſt ad gloriam meā illos conuertite.
ORI. Vnde ⁊ aſcendens in celū iuſſit di/
ſcipulis ſuis vt ſoluerēt peccatores dans eis
ſpiritumſanctum. Abſoluti autē ⁊ proficien/
tes: ⁊ nutriti verbi diuinitate digni habentur
remitti in locum ex quo erant aſſumpti nō iam
ad opera priora: ſed vt predicarent eis filium
dei. ⁊ hoc eſt quod ſignificat dicens: Et confe
ſtim di. eos. HYLA. Vel per aſinā ⁊ pul
lum duplex vocatio ex gentibus oſtenditur.
Erant enim ſamaritani ſub quadam obſeruā
tie ſue conſuetudine ſeruiētes ⁊ feroces: q. ſ.
ſignificantur per aſinam. erant etiam indomi
te gentes. ⁊ feroces que. ſcilicet ſignantur per
pullum. Igit̄ duo mittunt̄ vt ſoluāt ligatos er
roris vinculis per philippum eni ſamaria cre
dit. per petrū cornelius chriſto tanquā primi/
tie gētium adductus eſt. REMI. Sicut aūt
tunc dictum eſt apoſtolis: Siquis vobis ali/
quid dixerit: dicite: quia dn̄s his opus habet:
ſicut nunc predicatoribus eſt preceptum vt ſi
aliquid aduerſitatis obſtiterit a predicādo nō
ceſſarent. HIE. Veſtis autem apoſtolica q̄
iumento ſuperponitur: vel doctrina ꝟtutum
vel diſcretio ſcripturarū intelligi pōt: ſiue ec/
cleſiaſticoꝝ dogmatū ꝟitatis qbꝰ niſi aīa iſtru
cta fuerit ⁊ ornata: ſeſſorē hr̄e dn̄m ñ meret̄.
REMI. Dn̄s āt ſup aſellū ſedēs hieroſo/
lymā tēdit: qꝛ preſidēs ſcē eccl'ie vel aīe fideli
⁊ cā i h̄ ſeculo regit ⁊ poſt hāc vitā ad viſionē
celeſtis patrie introducit. Apoſtoli autem ⁊ ce
teri doctores veſtimenta poſuerunt ſuper aſi
nam: quia gloriam quam acceperunt a chri/
ſto gentibus dederunt. Turba autem veſti/
menta ſternebat in via quia credentes ex circū
ciſione gloriam quam habebant ex lege con/
tēnebant. Ramos autem de arboribus pre/
cidebant: quia ex prophetis acceperunt ex/
empla de chriſto: quaſi de arboribus viren/

tibus. Vel turba que veſtiméta ſtrauit in via
ſignificat martyres que veſtimenta ſua.i. cor
pora que tegumenta ſunt animarum ꝓ chri/
ſto ad martyrium tradiderunt. Vel ſignificā
tur illi qui corpora ſua per abſtinentiam do/
mant. Illi autem ramos arborum precidunt
qui dicta ⁊ exempla ſanctorum patrum que/
runt ad ſuam vel filiorum ſalutem. HIE.
Quod autem ait: Turbe autem que precede/
bant ⁊ que ſequebantur. vtrunqꝫ populum
oſtendit ⁊ qui ante euangeliuꝫ ⁊ qui poſt euā
gelium domino crediderunt: conſona ieſum
confeſſionis voce laudare. CHRY. ſuper
math. Et illi quidem prophetantes de chriſto
venturo clamauerunt: hi autem laudantes cla
mant de aduentu chriſti adimpleto.

## ¶ Dominica.ij. Luce.xxi.cap.

ERunt ſigna i ſole ⁊ luna
⁊ ſtellis: ⁊ in terris preſſu/
ra gentium pre confuſio/
ne ſonitus maris ⁊ fluctu
um: areſcentibus homini
bus pre timore: ⁊ expectatione que ſu/
peruenient vniuerſo orbi. Nam virtu
tes celoꝝ mouebuntur. Et tunc vide
bunt filium hominis venientem in nu/
be cum poteſtate magna ⁊ maieſtate.
BEDA. Quid ipletis nationū tꝑibus ſe/
quat: ex ordine manifeſtat dicēs: Erūt ſigna
in ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis. AM. Que qdē ſigna
ſcḋm matheū euidentiꝰ exprimunt: tūc inqt ſol
obſcurabit: ⁊ luna nō dabit lumen ſuū: ⁊ ſtel/
le cadent de celo. EVSE. Tunc enim cū vi
te corruptibilis ꝯſūmatio aget: ⁊ ſcḋm apoſtolū
ſpēs huius mundi tranſibit: ⁊ nouū ſuccedet
ſeculū: in quo vice ſenſibiliū luminariuꝫ ipſe
xp̄s fulgebit. q. iubar ⁊ rex noui ſeculi: cuius
erit tanta numinis virtus ⁊ gloria: vt ſol qui
nunc radiat atqꝫ luna ⁊ cetera ſidera: aduentu
maioris luminis occultent. CHRY. Si/
cut enim in hoc ſeculo luna ⁊ ſidera mox ob/
fuſcant orto ſole: ſic in glorioſa xp̄i apparitio
ne ſol obtenebreſcet: ⁊ luna non dabit ꝓpriū
iubar ⁊ ſtelle cadent de celo: ꝑore ſpoliate ami
ctu: vt potioris lucis amictu potiāt. EVSE.
Que aūt eueniēt orbi poſt luminariū obtene
brationē ex qbus fiet anguſtia gentium ꝯſiter
exprimit dicēs: Et in ter. preſ. gen. ꝑ. confu
ſo. ma. ⁊ fluctuū. Vbi vr̄ docere ꝑncipiū trāſ
mutationis vniuerſi futuꝝ: ex defectu ſubſtā
tie humide. Hec enim prima deuorata vel cō
gelata: vt non amplius audiat ſonitꝰ maris
nec contingant arenā fluctus eius cū exuberā
tis ſiccitatis cetere mundi partes non amplꝰ
obtinentes vaporē ſolitū emiſſum ex ſubſtan
tia humida tranſmutationem patientur: ⁊ ſic
cum apparitio ſaluatoris confutare debeat re
pugnantia deo prodigia exordium ſument fu
roris proemia ex ſiccitatibꝰ: vt nec tempeſtas
nec fremitus maris vlterius audiatur. Quo
facto ſubſequetur anguſtia ſuperſtituꝫ hoiuꝫ.
vnde ſequitur: Areſcentibus. i. tabeſcentibꝰ
hominibꝰ pre ti. ⁊ expe. coꝝ. ſ. q̄ ſup. vni. or
bi. Que aūt tunc ingruunt mundo: conſequē
ter oſtendit ſubdens: Nā virtutes celoꝝ mo
uebuntur. THEO. vel aliter. Cum altera
bitur ſuperior orbis: ⁊ elementa inferiora me
rito patientur iacturam. vnde ſequitur: Et in
terris preſſura gentium pre cōfuſione ſonitꝰ
maris ⁊ fluctuum. q. d. Mare terribiliter fre
met: ⁊ littus maris agitabitur tempeſtate: ita
vt ſit populo terre preſſura. i. cōmunis miſe/
ria: vt tabeſcant timore ⁊ expectatione malo/
rum irruentium mundo. vnde ſequitur: Are
ſcentibus hominibus pre timore ⁊ expectatio
ne que ſuperueniēt vniuerſo orbi. AVG.
ad heſitiū: Sꝫ dicēs: Confiteri vos pena ve
ſtra cōpellit adeſſe iam finē: dum iplet qḋ pre
nunciatū ē. Nullā. n. patriā: nullū locuꝫ nr̄is
tꝑibus nō affligi aut tribulari certū ē. Sed ſi
iſta mala q̄ nunc patit genus humanuꝫ certa
ſunt indicia iam dn̄m eſſe ventuꝝ: qd ē qḋ di
cit apl's: Cū dixerint: pax ⁊ ſecuritas. Videa
mꝰ ergo ne forte melius itelligat nō eo mō i/
pleri q̄ ꝑdicta ſunt his verbis: ſꝫ tunc potius
eē vētura qn̄ ſic erit tribulatio vniuerſo orbi:
vt ad eccleſiam pertineat: que vniuerſo orbe
tribulabitur: non ad eos qui tribulabunt eā.
ipſi eniꝫ ſunt dicturi: Pax ⁊ ſecuritas. Nūc
autem iſta mala que tanqꝫ ſumma extremaqꝫ
credūtur vtriqꝫ regno: chriſti ſcilicet ⁊ diabo/
li videmus eſſe communia. Pariter quippe
his boni affliguntur ⁊ mali: interqꝫ tam ma/
la adhuc vſqꝫquaqꝫ frequentantur luxurioſa
conuiuia. Hoccine eſt areſcere pre timore: an

potius inardeſcere pre libidine. THEO.
Nō ſolū aūt mortales fluctuabūt cū alterabit
mundus: ſed etiā angeli ſtupebunt in tā terri
bilibus mutationibus vniuerſi. vñ ſequitur.
Nam virtutes celorū mouebunt. GRE.
in home. Quid eni virtutes celorū: niſi ange
los: dominatiōes ⁊ principatus: ⁊ poteſtates
appellat: que in aduentu diſtricti iudicis: no/
ſtris tunc oculis viſibiliter apparebunt: vt di
ſtricte tunc a nobis exigāt hoc qđ nos mō inui
ſibilis cōditor equanimiter portat. EVSE.
Cū etiā dei filius ſit vēturus in gloria: ⁊ con
futaturus elatā tyrannidē filij peccati mini/
ſtrantibus āgelis celi fores a ſeculo clauſe pa
rebunt: vt ſpectent excelſa. CHRY. Vel
virtutes celice mouebuntur: quāuis ſibi con/
ſcie non ſint. vidētes eni infinitas multitudi
nes cōdēnari: nō intrepide ſtabūt illic. BE/
DA. Et in iob dicit: Colūne celi cōtreme/
ſcunt: ⁊ pauēt ad nutū eius. Quid ergo faci/
ant tabule quādo tremunt colūne. qđ virgula
deſerti patitur: cum cedrus paradiſi cōcutit.
EVSE. Vel virtutes celorū ſūt q̄ preſūt ſē/
ſibilibus ꝑtibus vniuerſi: que quidē tunc mo
uebuntur vt potiorē ſtatum attingant. Abſol
uentur enim in ſeculo nouo a miniſterio: quo
deo ſeruiūt circa ſenſibilia corpora ſm corru/
ptionis ſtatum. AVGV. ad heſitiū. Sed
ne dñs propinquāte ſecūdo aduentu ſuo: ea
pro magno ꝑdixiſſe videat q̄ huic mūdo etiā
ante ꝑmū eius aduentum fieri conſueuerāt: ⁊
rideamur ab eis qui plura in hiſtoria gentiuz
⁊ maiora legerunt. Hec que dicta ſunt meliꝰ
in eccleſia exiſtimo itelligi. Eccleſia eni ē ſol
⁊ luna ⁊ ſtelle: cui dictū ē: Pulchra vt luna:
electa vt ſol. que tūc nō apparebit ꝑſecutoribꝰ
vltra modum ſeuientibus. AMB. Pluri/
mis etiam a regione deficientibus clara fides
obſcurabitur nube perfidie: qꝛ ſol celeſtis i fi
de in ea minuit vel augetur: ⁊ ſicut mēſtruis
ideſt mēſiū defectibus luna vel terre oppoſi/
ta cuz fuerit ex regione ſolis vaneſcit: ſic ⁊ ſā
cta eccleſia cum lumini celeſti vitia carnis ob/
ſiſtunt: fulgorem diuini luminis de chriſti ra
dijs nō pōt mutari. nam in perſecutionibus
lucem diuini ſolis plerūqꝫ amor vite huiꝰ ex/
cludit. Cadunt etiam ſtelle. i. gloria micantis
viri ſi perſecutionis acerbitas cōualeſcat: que
oportet fieri donec eccleſie multitudo cumule
tur: ſic enim probantur boni: ſic produntur i/
firmi. AVGV. ad heſitium. Quod autez
dictum eſt: Et in terris preſſura gentium gē/
tes voluit intelligi: non que in ſemine abrae
benedicentur: ſed que ad ſiniſtram ſtabunt.
AM. Ergo varij animorū eſtus ita graues
erūt: vt delictorum multitudine male cōſcijs
futuri iudicij metu ſacri nobis ros fontis are
ſcat. Quēadmodum autem domini expectat
aduentus vt eius p̄ñtia in toto fiat vel homi/
nis orbe vel mundi: que fit in ſingulis cū oī/
bus affectibus receperis chriſtuz: ſic virtutes
celorum in aduentu domini augmentum gra
tie conſequentur: ⁊ plenitudine diuinitatis ꝓ
pius ſe infundente mouebuntur. Sunt etiaz
virtutes celorum que enarrant gloriam dei q̄
pleniore xp̄i infuſione mouebūtur vt videāt
chriſtum. AVGV. ad heſitium: Vel vir/
tutes celorum mouebuntur: quia impijs per/
ſequentibus quidam fideles fortiſſimi turba/
buntur. Sequitur: Et tunc videbunt filiū ho
minis. THEO. Tam fideles q̄ꝫ ifideles.
Radiabit. n. ampliꝰ ſole tam ipſe q̄ꝫ crux eiꝰ.
vnde ab omnibus cognoſcetur. AVGV.
Quod autem dicit: Venientem in nube duo
bus modis accipi poteſt: ſiue in eccleſia ſua tā
q̄ꝫ in nube venientem: ſicut nunc venire non
ceſſat: ſed ideo tunc cū poteſtate magna ⁊ ma
ieſtate: quia maior maieſtas ⁊ poteſtas illiꝰ ap
parebit ſanctis quibus magnam virtutez da/
bit ne tanta perſecutione vincantur: ſiue i cor
pore ſuo in quo ſedet ad dexteram patris: me
rito credendus eſt non ſolum in eodem cor/
pore: verum etiam in nube venturus: quoni
am ſic veniet ſicut abijt: nubes autem ſuſce/
pit eum ab oculis eorum. CHRY. Semꝑ
eni deus in nube apparet: ſm illud: Nubes
⁊ caligo in circuitu eius. vnde ⁊ filius hoīs i
nubibus veniet: vt deus ⁊ dñs: non latenter
ſed in gloria digna deo. Et ideo ſubdit: Cuz
poteſtate magna ⁊ maieſtate. CIRYL. In
telligendum eſt ſimiliter magna. Primaz. n.
apparitionem proſecutus eſt cum infirmitate
⁊ humilitate noſtra: ſed ſecundam celebrabit
cum propria poteſtate ⁊ magna maieſtate.
GRE. in home. In poteſtate enim ⁊ maie/
ſtate viſuri ſunt: quem in humilitate poſitum
audire noluerunt vt virtutem eius tanto tūc
diſtrictius ſentiant: q̄ꝫto ceruicem cordis ad
eius patientiam non inclinant.

¶ Hiſ autem fieri incipientibus re/
ſpicite ⁊ leuate capita veſtra: quoniã ap
propiquat redemptio veſtra. Et dixit
illis ſimilitudinem: Videte ficulneam
⁊ omnes arbores: cum producunt iã ex
ſe fructum: ſcitis quoniã prope ē eſtas.
ita ⁊ vos cum videritis hec fieri ſcitote
quoniam prope eſt regnum dei. Amen
dico vobis quia non preteribit genera/
tio hec donec omnia fiant. Celū ⁊ ter
ra tranſibunt verba autem mea nõ trã/
ſibunt.

GRE. in home. Quia premiſſa contra re/
probos dicta ſunt: mox ad electorum conſola
tionem verba vertuntur. Nam ſubdit: Hiſ
autem fieri incipiẽtibus: reſpicite ⁊ leuate ca
pita veſtra: quoniam appro. redē. veſtra. Ac
ſi dicat. Cum plage mundi crebreſcũt: leuate
capita. i. exhilarate corda: quia dum finit mũ/
dus: cuius amici non eſtis prope fit redem/
ptio quam queſiſtis. In ſcriptura enim ſacra
ſepe caput pro mente ponitur: quia ſicut capi/
te reguntur membra: ita cogitationes mente
diſponuntur. Capita itaqꝫ leuare: eſt mẽtes
noſtras ad gaudia patris celeſtis erigere.

EVSE. Vel aliter. Trãſactis corporalibꝰ
aderunt itelligibilia celeſtia. ſ. regnũ ſeculi ñ
amplius trãſituri: ⁊ tũc dignis ſalubria ꝓmiſ
ſa tribuentur. vnde dicitur: Hiſ autẽ fieri in
cipiẽtibus reſpicite ⁊ leuate capita veſtra: qm̃
appropiquat redẽptio veſtra. Acceptis enim
dei ꝓmiſſis que ſperamus erigemur qui ante
curui fueramꝰ: ⁊ eleuabimus capita noſtra:
humiliati quondã: eo q͛ redẽptio noſtra quaꝫ
ſperabamus aderit: illa. ſ. quã tota creatura
expectat. THEO. i. perfecta libertas corpo
ris ⁊ aĩe. Sicut enim primus aduentus do/
mini fuit ad reformationẽ animaꝝ noſtrarũ.
ſic ſecundus ad reformationem corporum ce/
lebrabitur. EVSE. Dicit autem hec ad di/
ſcipulos ſuos: nõ tãqꝫ ad eos qui durare de/
berẽt in vita iſta vſqꝫ ad terminũ mundi: ſed
quaſi vno corpore exiſtẽte ipſis ⁊ nobis ⁊ po
ſteris vſqꝫ ad cõſũmationẽ mundi credituris
in chriſtum. GRE. in ho. Quod aũt calcari
mundus atqꝫ deſpici debeat: prouida cõpara
tione manifeſtat cum ſubdit: Videte ficulneã
⁊ omnes arbores: cum producunt ex ſe fru/
ctum: ſcitis quoniam prope eſt eſtas ita ⁊ vos
cum videritis hec fieri: ſcitote quoniam pro/
pe eſt regnũ dei. q. d. Sicut ex fructu arboris
vicina eſtas agnoſcit: ita ex ruina mundi ꝓ/
pe cognoſcitur eſſe regnũ dei. Et ex hoc oſtẽ
ditur q͛ fructus mundi ruina eſt. Ad hoc. n.
germinat: vt quecunqꝫ germine aluit: cla/
dibus conſumat. Bene autem regnum dei
eſtati comparatur: q͛ tunc meroris noſtri ne/
bule tranſeunt: ⁊ vite dies eterni ſolis clari/
tate fulgeſcunt. AMBRO. Matheus
autem de ſola dixit ficulnea hic de arboribus
omnibꝰ. Duplicẽ aũt habet figurã ficulnea:
vſqꝫ cũ dura miteſcunt: vel cum peccata luxuri/
ant. Siue ergo cũ fructus omnibus vireſcit
arboribus: ⁊ ficulnea fecunda iam floret. i. cũ
omnis lingua confitetur deo: cõfitente etiam
populo iudeorũ: ſperare dñi debemꝰ aduentũ
quo tanqꝫ tẽporibus eſtiuis reſurrectiõis fru
ctus metentur. Siue cũ leuẽ fragileqꝫ iactan
tiam tãqꝫ folia ſynagoge homo iniquitatis in
duerit: conijcere debemus appropinquare iu
dicium: nam remunerare fidẽ dñs ⁊ deliquẽ
di finẽ afferre feſtinat. AVGV. ad heſiti/
um: Cũ aũt dicit: Cũ videritis hec fieri que i
telligere poterimus niſi ea q̃ ſupra memorata
ſunt: In his autẽ ē quod ait: Et tũc videbũt
filium hominis venientem. Proinde cũ hoc
viſum fuerit: nõ iam erit regnũ dei: ſed ꝓpe
erit. An dicenduꝫ eſt nõ omnia que ſupra cõ
memorata ſunt eſſe intelligenda vbi ait. Cũ
videritis hec fieri: ſed aliqua eorũ: hoc. ſ. exce
pto quod dictũ eſt: Et tũc videbũt filium ho/
minis. Sed matheus aperuit nullis exceptis
eſſe accipiendũ dicẽs: Ita ⁊ vos cũ videritis
hec omnia. Inter que ē qđ videbitur filiꝰ ho/
minis veniẽs vt intelligatur de aduentu quo
nũc venit in mẽbris ſuis tãqꝫ in nubibꝰ. vel
in eccleſia tãqꝫ in nube magna. TY. Vel ali
ter dicit: Prope eſt regnũ dei: quia dum hec
fient nondũ vltimus finis rerũ eueniet: ſꝫ iã
in finẽ tendũt. nã ⁊ ipſe aduentus dñi elimi/
nans omnium principatum ⁊ poteſtatem pre
parat regno dei. EVSE. Sicut enim in hac
vita ſol hieme recedente ac ſuccedente veruꝫ
radium calidum mittens fouet ac viuificat hu
mi cõdita ſemina exuentia priſcã figurã: pul
lulant autem noua varium virorem habẽtia:
ſic ⁊ glorioſus vnigeniti dei aduentus viuifi

catiuis radijs illuſtrans nouum ſeculũ dudũ
condita per totum mundum ſemina. ſ. dormi
entes in puluere terre potioribus corporibus
ꝗ̃ prius producet in lucem: ac confutata mor
te regnabit deinceps vita ſeculi noui. GRE
GO. in ho. Omnia autem predicta ſub ma
gna certitudine confirmantur: cum ſubditur:
Amen dico vobis quia non preteribit gene/
ratio hec donec omnia fiant. BEDA. Mul/
tum cõmendat quod ita prenunciat: Et ſi di/
cere fas eſt iuratio eius eſt quod dicit: Amen
dico vobis: Amen quippe interpretatur ve/
rum. Igitur veritas dicit: Verum dico vo/
bis: quod ſi non diceret: mentiri omnino nõ
poſſet. Generationem autem aut omne ge/
nus humanum dicit: aut ſpecialiter iudeorũ.
EVSE. Vel generationem dicit nouaꝫ ge
nerationem eccleſie ſancte ſue: oſtendens du
raturum populum fidelium vſqꝫ ad id tẽpus
quo viſurus ſit omnia: ⁊ euentus verborum
ſaluatoris oculis apprehendet. THEO.
Quia enim turbationes ⁊ bella: ⁊ alteratio/
nes tã elementorũ ꝗ̃ ceterarum rerum futuꝛ
eſſe predixerat: ne quis ſuſpicaretur ꝙ ⁊ ipſa
chriſtianitas peritura foret ſubiungit: Celuꝫ
⁊ terra tranſibunt: verba autem mea nõ tran
ſient. q. d. Et ſi cuncta cõmoueantur: fides tñ
mea non deficiet. Ex quo innuit eccleſiã ꝑfer
re toti creature: ſed creatura patiet̃ alteratõeꝫ:
fidelium vero eccleſia ⁊ ſermones euangelij
permanebũt. GRE. in ho. Vel aliter: Ce/
lum ⁊ terra tranſibunt ⁊c. quaſi dicat. Omne
quod apud nos durabile eſt ſine mutatiõe du
rabile ad eternitatem non eſt: ⁊ omne qđ apđ
me tranſire cernitur: fixum ⁊ ſine tranſitu te/
netur quia ſine mutabilitate manentes ſenten
tias exprimit ſermo meꝰ q̃ trãſit. BEDA.
Celum autem quod tranſibit: non ethereum
ſiue ſidereum: ſiue aereum a quo aues celi no
minantur intelligere debemus. Si auteꝫ ter/
ra tranſibit: quomodo eccleſiaſtes dicit: Ter/
ra in eternum ſtat: ſed aperta ratione celum ⁊
terra per eam quam nunc habent imaginem
tranſeunt: attamen per eſſentiaꝫ ſine fine ſub
ſiſtunt.

¶ Dominica tertia. Mathei. xi.
capi.

IOannes autem cum au/
diſſet in vinculis opa chri
ſti: mittens duos de diſci/
pulis ſuis ait illi: Tu es
qui venturus es: an aliuꝫ
expectamus. Et reſpondens ieſus ait
illis: Euntes renunciate ioãni que au/
diſtis ⁊ vidiſtis. Ceci vidẽt: claudi am
bulant: leproſi mundantur: ſurdi audi/
unt: mortui reſurgunt: pauperes euan/
gelizantur: ⁊ beatus eſt qui non fuerit
ſcandalizatus in me.

GLO. Poſuerat ſupra euangeliſta quo/
modo per miracula ⁊ doctrinam chriſti tã di/
ſcipuli ꝗ̃ turbe inſtruebantur: nunc oſtendit
quomodo hec inſtructio vſqꝫ ad diſcipulos
ioannis peruenerit: qui ad chriſtum emula/
tionem habere videbantur. vnde dicit: Ioan
nes autem cuꝫ audiſſet in vinculis opera chri
ſti: mittẽs duos ex diſcipulis ſuis ait illi: Tu
es qui venturus es: an alium expectamus?
GREGO. Querendum autem nobis ẽ:
Ioannes propheta ⁊ pluſꝗ̃ propheta: qui ve
nientem ad baptiſmum dominum oſtendit
dicens: Ecce agnus dei ecce qui tollit pecca/
ta mundi: cur in carcere poſitus mittens diſci
pulos requirit: Tu es qui vẽturus es: an ali
um expectamus? tanꝗ̃ ſi ignoraret queꝫ oſtẽ/
derat: ⁊ an ipſe ſit neſciat: quem ipſe prophe/
tizando; baptizando: oſtendendo ipſum cla/
mauerat. AMBRO. Nonnulli autem
hoc ſic intelligunt. Magnum quidem ita pro
phetam eſſe ioannem: vt chriſtum agnoſce/
ret ⁊ annunciaret remiſſioneꝫ peccatoruꝫ fu/
turam: ſed tamen tanꝗ̃ pium vatem quem
venturum crediderat non credidiſſe moritu/
rum. Non igitur fide ſed pietate dubitauit.
Dubitauit etiam ⁊ petrus dicẽs: Propitius
tibi eſto dñe: non fiet h. CHRY. in ho.
Sed non vtiqꝫ hoc habet rationem. Ioãnes
enim neqꝫ hoc ignorabat: ſed hoc primum te/
ſtatus eſt dicens: Ecce agnus dei qui tollit
peccata mundi. Agnum enim vocans: crucẽ
diuulgat: nec aliter ꝗ̃ per crucem peccatum
abſtulit mundi. Qualiter autem maior ꝓphe
ta eſt hic: ſi neqꝫ que prophetarum ſũt noſcit?

Etenim Eſaias dicit: Sicut ouis ad occiſio/
neʒ ductus. GREGO. in ho. Sed aliter
hec queſtio ſoluitur: ſi geſte rei tempus penſa
tur. Ad iordanis enim fluenta poſitus: quia
ipſe redemptor mūdi eſſet aſſeruit: miſſus ve
ro in carcere an ipſe veniat: requirit: nō quia
ipſum eſſe mundi redemptorem dubitat: ſed
querit vt ſciat: ſi is qui per ſe in mundum ve
nerat: per ſe etiam ad inferni clauſtra deſcen/
dat. HIERO. Unde non ait: Tu es qui
veniſti: ſed tu es qui venturus es. Et eſt ſen
ſus: Mādā mihi qꝛ ad inferna deſcenſurus
ſum: vtrum te ēt inferis debeaʒ nunciare: an
alium ad hec ſacra miſſurus es? CHRY.
in ho. Sed qualiter ⁊ hoc hʒ rōneʒ? Cuiꝰ. n.
gratia non dixit: Tu es q̄ venturus es ī infer
num: ſʒ ſimpliciter: Qui venturus es? Q̄ʒ vis
⁊ deriſibilius videat̄ ꝙ ꝑꝑ hoc ei dixerit: vt ⁊
illuc abiens ꝑdicaret. preſens. n. vita gratie
tp̄s eſt: poſt obitū aūt iudiciū eſt ⁊ pena: quare
in nullo opus erat precurſore illic. Sʒ aliter:
Si infideles poſt mortē credentes eſſent ſal/
uandi: nullus peribit aliquando: oēs eniʒ pe
nitebunt tunc ⁊ adorabunt. Omne enim ge
nu flectetur: celeſtiū terreſtriū: ⁊ infernorum.
GLO. Conſiderandum aūt eſt ꝙ non ideo
hieronymus ⁊ gregorius dixerunt ꝙ ioānes
aduentū chriſti in infernum prenunciaturus
eſſet: qꝛ eius predicatione aliqui non credētes
conuerterent̄ ad fidē: ſʒ vt iuſtis in expectatio
ne chriſti manentibus ex vicino aduentu con
ſolationē afferret. HILA. Certū eſt tm̄ ꝙ q̄
venturum vt precitor nunciauit: conſiſtentem
vt ꝓpheta agnouit: adeuntē vt confeſſor ve/
neratus eſt: eius abundanti ſcīe error non ob
repſit. Nec ſane credi pōt ſpiritusſancti grati
am in carcere poſito defuiſſe: cū apoſtolis vir
tutis ſue lumen eſſet in carcere poſitis mini/
ſtraturus. HIERO. Nō ergo quaſi igno
rans interrogat: ſʒ quō ſaluator īterrogat vbi
ſit lazarus poſitus: vt q̄ locū ſepulchri indica
bant: ſaltē ſic pararent̄ ad fidem: vt viderent
mortuū reſurgentē. Sic ⁊ ioannes interficiē
dus ab herode diſcipulos ſuos mittit ad xp̄ʒ:
vt ꝑ hanc occaſionē videntes ſigna atqʒ virtu/
tes crederēt in eū: ⁊ magiſtro interrogāte ſibi
diſcerent. Qd̄ autem haberent diſcipuli ioan
nis aliquid mordacitatis ex inuidia aduerſus
dn̄m: ſuperior quoqʒ interrogatio demōſtrauit
cū dixerūt: Quare nos ⁊ phariſei ieiunamus

frequenter: diſcipuli autem tui non ieiunant?
CHRY. in ho. Donec igit̄ ioānes erat cū
ipſis: ſuadebat eis ꝯtinue de chriſto: qꝛ aūt iaʒ
non erat obiturus: amplius ſtudiū facit. Et
enim formidabat: ne relinquat ī diſcipulis ſu
is ꝑnicioſi dogmatis ꝯditōnē: ⁊ maneāt abie
cti a xp̄o: cui ⁊ a ꝑncipio oēs ſuos afferre ſtu/
duit. Si aūt dixiſſet eis: Abite ad ip̄m qꝛ me
lior me eſt. non vtiqʒ ꝑſuaſiſſet: ſʒ eſtimaret̄
humilia de ſe ſentiens hoc dicere: ⁊ ſic magis
eſſent ei affixi. Quid igitur facit. Expectat ab
eis audire ꝙ xp̄s miracula facit: neqʒ oēs mi
ſit: ſʒ duos quoſdā quos nouerat fortaſſis ali
is ꝑſuaſibiliores exiſtentes: vt inſuſpicabilis
interrogatio fieret ⁊ ex rebus ipſis diſcerent
diſtantiā inter eū ⁊ ieſum. HILA. Ioānes
igit̄ non ſue ſʒ diſcipuloꝝ ignorantie ꝯſulit.
vt enim ſcirent nō aliū a ſe predicatū: ad ope/
ra eius intuēda: diſcipulos ſuos miſit vt au/
ctoritatē dictis ſuis illiꝰ opa ꝯferrēt: nec xp̄s
alius expectaret̄: q̄ʒ cui teſtimoniū opera pre/
ſtitiſſent. CHRY. in ho. Chriſtus aūt mē
tem noſcens ioānis: non dixit: Qm̄ ego ſuʒ.
qꝛ ꝑ hoc rurſus obſiſteret hoc audiētibus. et
cogitaſſent enim ⁊ ſi nō dixiſſent qd̄ iudei ad
ip̄m dixerūt: Tu de teipſo teſtimoniū ꝑhibes
⁊ ꝑꝑ hoc a miraculis fecit eos diſcere inſuſpi
cabilē doctrinā faciēs ⁊ manifeſtiorē. Teſti/
moniū. n. qd̄ eſt a rebus credibilius eſt teſti/
monio: qd̄ eſt a verbis. vn̄ confeſtim curauit
cecos ⁊ claudos ⁊ alios multos: non vt doce
ret ioānē ſcientē: ſʒ hos q̄ dubitabant. ⁊ ideo
ſequit̄: Et rn̄dens ieſus ait illis: Euntes re/
nunciate ioāni q̄ audiſtis ⁊ vidiſtis. Ceci vi
dent: claudi ambulant: leproſi mundant̄: ſur/
di audiunt: mortui reſurgunt: pauperes euā/
gelizant̄. HIERO. Qd̄ premiſſis nō mi
nus eſt. Pauperes autem euangelizatos in/
telligite vel pauperes ſpiritu: vel certe opibꝰ
pauperes. Ut nulla īter nobiles ⁊ ignobiles
inter diuites ⁊ egenos in predicatione diſtan
tia ſit: hec magiſtri rigoreʒ: hec preceptoris cō
probant veritatem: quando omnis apud euʒ
qui ſaluare poteſt equalis eſt. CHRY.
Qd̄ autem ait: Et beatus eſt qui non fuerit
ſcādalizatus in me: inter nuncios percutit qꝛ
enim ſcandalizabantur in ipſo: dubitationem
eorum non diuulgans: ⁊ ſoli eorum conſcien
tie derelinquens: redargutionem eorum latē
ter induxit. HILA. Itaqʒ cum rei ioānes ca

uiſſet oſtendit dicēs beatos eos in quibus ali
quid in ſe ſcandali non fuiſſet: q2 metu ei9. ſ.
ne ſcandalizarentur: diſcipulos ſuos ioānes
vt chriſtum audirent: miſit. GREGO.
Vel aliter: Infideliu3 mens graue in chriſto
ſcandalum pertulit: cum eum etiā poſt tot mi
racula morientem vidit. vnde paulus dicit:
Nos predicamus xp̄m crucifixū: iudeis qdē
ſcandalum. Quid ergo eſt dicere: Beatus q
non fuerit ſcandalizatus in me? niſi apta vo
ce abiectionē mortis ſue humilitatēq3 ſigna
re: ac ſi patenter dicat: Mira quide3 facio: ſ3
abiecta perpeti non dedignor: q2 ergo moriē
do te ſubſequor: cauendum valde eſt homini
bus ne in me mortem deſpiciāt: qui ſigna ve
nerantur. HILA. Prebetur etia3 myſtice
in his que in ioanne geſta ſunt intelligentia
amplior: vt propheta ipſo conditionis ſue ge
nere prophetizaret: quia in eo forma legis la
ta eſt. Chriſtum enim lex annūciauit: ⁊ remiſ
ſionem peccatorum predicauit: ⁊ regnu3 celo
rum ſpopondit: ⁊ ioannes totu3 hoc opus le
gis expleuit: igitur ceſſante iam lege que pec
catis plebis incluſa: ne chriſt9 poſſet intelligi
quaſi vinculis ⁊ quaſi carcere cōtinebatur ad
euangelia contuenda lex mittit: vt infidelitas
fidem dictoru3 contempletur in factis. AM
BRO. ſuper lucam: Et fortaſſe iſti diſcipu
li quos miſit: ſunt duo populi: vn9 qui ex iu
deis credidit: alter qui ex gentibus.

¶ Illis aute3 abeuntibus: cepit ieſus
dicere ad turbas de ioānne: Quid exi
ſtis in deſertum videre? Arundinem
vento agitatam? Sed quid exiſtis vi
dere? Hominem mollibus veſtitum?
Ecce qui mollibus veſtiūtur: in domi
bus regum ſunt. Sed quid exiſtis vi
dere? Prophetam? Etiam dico vo
bis: ⁊ pluſq̄ prophetam. Hic eſt enim
de quo ſcriptu3 eſt: Ecce ego mitto an
gelum meum ante faciem tuam qui pre
parabit viam tuam ante te.

CHRY. Quātū ad diſcipulos ioānis ſa
tis actū erat. certificati enim de xp̄o p ſigna q̄
viderāt receſſerūt. S3 oportebat ēt turbas ſa
nari: q̄ ex iterrogatōe diſcipulo2 ioānis mul
ta incōueniētia ſubintellexerāt: ignorans int
tentis ꝯſiliū. Poterāt vtiq3 dicere q tanta te
ſtatus ē de xp̄o aliter pſuaſus ē: num ⁊ dubi
tat vtrū ſit ipſe? Nunqd ergo altercans ad ie
ſum hoc dicit? nunqd timidior a carcere fact9
nunqd vane ⁊ inaniter ꝑora dixit? HILA.
Ac ne illō qō imediate premiſerat referri poſ
ſet ad ioānē tanq̄3 ſcandalizatus eſſet: de xp̄o
ſubdit: Illis aūt abeuntib9 cepit ieſus dicere
ad turbas de ioāne. CHRY. in ho. Pro
pter h aūt abeuntibus eis vt nō videatur hoi
adulari. Corrigēs aūt plebē: nō inducit i me
diū ſuſpitionē eo2: ſ3 ſolutionē cogitationu3
eo2 inducit: q̄ eos in dubitationē mittebāt de
monſtrans ſe noſſe occulta. Neq3. n. dixit ſi
cut iudeis: qd cogitatis mala: ⁊ ſi mala cogita
uerint: non tñ ex malicia: ſ3 ex ignorantia. vñ
non loquiť eis dure: ſ3 reſpondet p ioāne oñ
dens q2 nō excidit a ꝑori opinione. Hoc aūt
docet: nō ſolū ꝓprio verbo ſ3 eo2 teſtimonio
nō tm̄ p ea q̄ dixerūt: ſ3 p ea q̄ egerunt. Ideo
q3 ait: Quid exiſtis in deſertū videre? ac ſi di
ceret: Propter qd ciuitates dimittētes ꝯue
niſtis in deſertū? Non. n. plebs tāta cū tanto
deſiderio in eremū veniſſet: niſi magnū quen
dā ⁊ mirabilē ⁊ petra ſolidiorē ſe videre exi
ſtimans. GLO. Nō aūt tūc exierant in de
ſertū ad hoc vt viderēt ioannē. nec enim erat
tunc in deſerto ſ3 i carcere: ſ3 preteritū refert:
q2 frequēter exierat populus in deſertū vide
re ioānē cū adhuc eſſet i deſerto. CHRY.
in ho. Et vide q2 oēm aliā maliciā pretermit
tens remouet a ioāne leuitatē d qua turbe du
bitabant dicens: Arundinem vento agitatā.
GREGO. in ho. Qđ videlicet non aſſe
rendo. ſed negando intulit. Arundinē ꝗppe
mox vt aura contingit in ptē flectit: p quā car
nalis animus deſignatur: qui mox vt fauore
⁊ detractione tangitur in partem quālibet de
clinatur. Arundo ergo vento agitata ioānes
non erat: quem a ſtatus ſui rectitudine nulla
rerum varietas inflectebat ac ſi dominus di
ceret. HIERO. Nunquid ob hoc exiſtis
in deſertum vt videretis hominem calamo ſi
milem: qui omni vento circūfertur: ⁊ leuita
te mentis de eo ambigeret: quem antea predi
caret. An forſitan ſtimulus inuidie cōtra me
cogitur: ⁊ predicatio eius vanam ſectatur glo
riam: vt ex ea querat lucra? Cur diuitias
cupiat: vt affluat dapibus? locuſtis veſcitur
⁊ melle ſilueſtri: an vt mollibus veſtiatur?

pili cameloꝝ ſunt tegimē eius. ⁊ ideo ſubdit:
Sȝ qd exiſtis videre: hoīeȝ mollib⁹ veſtitū?
CHRY. in ho. Vel aliter: q꜡ nō ſit Joan/
nes ſimilis calamo mobili p veſtrū ſtudiū ſi/
gnificaſtis. ſ. in deſertū exeuntes. Nō tñ pōt
aliqs dicere q꜡ ioānes qdē ꝯſtans erat: ſȝ po/
ſtea laſciuie ſeruiēs factus ē mobilis: ita aliq
ſunt mobiles p naturā: alij vero laſciuie ſer/
uiendo mobiles fiūt. Joānes aūt neqȝ natura
mobilis erat: pp qđ dixerat: Nō exiſtis vide
re arūdinē vento agitatā. Neqȝ laſciue dans
ſeipſum perdidit quā hēbat excellentiā. q꜡. n.
nō ſeruierit laſciuie mōſtrat ſtola: ſollicitudo
⁊ carcer. Si. n. vellet mollibus veſtiri: non
eremū inhabitaſſet: ſȝ regū palatia. vñ ſequit᷑:
Ecce q mollibus veſtiunt᷑ in domibus regū
ſunt. HIE. Ex h oñdit᷑ rigidā vitā ⁊ auſte/
ram predicationē vitare debere aulas regū ⁊
molliū hoīum palatia declinare. GRE. in
ho. Nemo aūt exiſtimet in fluxu atqȝ ſtudio p̄
cioſaꝝ veſtiū peccata deeſſe: q꜡ ſi hec culpa nō
eēt: nullo mō ioānē dñs đ veſtimēti ſui aſpi
tate laudaſſet. Et nequaqȝ petrus feminas a
precioſaꝝ veſtiū appetitu cōpeſceret dicens:
Nō in veſte precioſa. AVGV. iij. de do/
ctrina xp̄iana: Cū in oībus talib⁹ nō vſus re
rū: ſȝ libido vtentis in culpa ē: Quiſqs enim
rebus reſtrictius vtit᷑ qȝ ſe hñt mores eoꝝ cū
qb⁹ viuit: aut intēperās: aut ſupſtitioſus eſt.
Quiſqs vero ſic vtit᷑ vt metas conſuetudinis
bonoꝝ inter quos verſat᷑ excedat: aut aliqd ſi
gnat: aut flagitioſus ē. CHRY. in ho. A
loco aūt ⁊ veſtimētis ⁊ a ꝯcurſu hoīum: eius
morib⁹ deſignatis inducit iam ⁊ ꝓphetā eū
eſſe dicēs: Sȝ qd exiſtis videre: ꝓphetā? di/
co vobis ēt pluſqȝ ꝓphetam. GRE. Pro
phete. n. miſteriū ē vētura predicere: nō ēt đ
monſtrare. Joānes ergo pluſqȝ ꝓpheta ē q꜡
eū quē precurrēdo ꝓphetizauerat: ēt oñdēdo
nunciabat. HIE. Jn quo ēt ceteris ꝓphetis
maior ē: Et q꜡ ad p̄uilegiū ꝓphetale ēt bapti
ſmi acceſſit premiū: vt ſuum dñm baptizaret.
CHRY. in ho. Deinde mōſtrat ſm qd ē
maior dicēs: Hic ē. n. de quo ſcriptū ē: Ecce
mitto angelū meū añ faciē tuam. HIE. Vt
enim meritoꝝ ioānis augmentū faceret đ ma
lachia teſtimoniū infert: i quo ēt angelus pre
dicat᷑. Angelū aūt hic dici ioānē nō putemus
nature ſocietate: ſȝ officij dignitate. i. nunciuȝ
q ventuꝝ dñm nunciauit. GRE. Qui eni
grece angelus: hic latine nuncius dr̄. Recte
ergo q nunciare ſupnū nunciū venerat ange/
lus vocat᷑: vt dignitatē ſeruet in noīe quā ex/
plet in opatiōe. CHRY. in ho. Monſtrat
igit᷑ ſm qd ē maior ioānes ꝓphetis: ſm id. ſ.
qđ ē ꝓpe xp̄m. Et ideo dicit. Mitto añ faciē
tuā. hoc ē ꝓpe te: ſicut eni q ꝓpe currū regis
incedūt alijs ſunt clariores: ita ⁊ ioānes ꝓpe
xp̄i p̄ntiā. GLO. Deinde alij ꝓphete miſſi
ſunt vt aduētū chriſti annūciarent. Jſte aūt vt
prepararet viā ipſi⁹. vñ ſeq᷑: Qui preparabit
viā tuā añ te. i. puia reddet tibi corda auditoꝝ
penitētiā predicādo ⁊ baptizando. HILA.
Myſtice aūt deſertū ſpūſcō vacuū ē ſentiēdū
i quo hitatio dei nulla ſit. Jn arundine homo
talis oñdit᷑ de gloria ſeculi vite ſue inanitate
ſpecioſus: in ſe auteȝ fructu veritatis cauus:
exterior placens ⁊ nullus interior: ad oēm vē
toꝝ motū. i. imūdoꝝ ſpirituū flatū mouēd⁹:
neqȝ ad ꝯſiſtendi firmitatē valens: ⁊ aīe me/
dullis ianis. veſte aūt corpus quo induit᷑ aīa
ſignatur: quod luxu ac laciuijs molleſcit: i re/
gibus tranſgreſſorum angelorum nuncupa/
tio eſt: hi enim ſeculi ſunt potentes: mundiqȝ
dominantes. Ergo veſtiti mollibus in dom
bus regum ſunt. i. illorum quibus per luxuȝ
fluida ⁊ diſſoluta ſunt corpora: patet eſſe de/
monum habitationem. GREGO. Joan
nes etiam mollibus veſtibus non fuit: q꜡ vi/
tam peccantium non blandimentis fouit: ſed
rigore aſpere inuectionis increpauit dicens:
Genimina viperarum ⁊c.

## ¶ Feria. iiij. Luce. i. cap.

MJſſus eſt angelus gabriel
a deo in ciuitatem galilee
cui nomē nazareth: ad vir
ginem deſponſataȝ viro:
cui nomen erat ioſeph de
domo dauid: ⁊ nomē virginis maria.
GREGO. in ho. Ad mariaȝ enim virgi
nem non quilibet angelus: ſed gabriel archā/
gelus mittitur. ad hoc quippe miniſteriū ſum
mum angelum venire dignum fuerat: q ſum
mum omnium nunciabat: Qui iccirco p̄ius
to nomine cenſetur: vt ſignetur per vocabu/

lum in operatione quid valeat. Gabriel enim dei fortitudo nominatur. per dei ergo fortitudinem nunciandus erat: qui virtutum dominus et potens in prelio ad debellandas potestates aereas veniebat. GLO. Additur autem et locus quo mittitur cum subditur: In ciui. gali. cui no. nazareth. Nazare9 enim idest ſanctus ſanctorum nunciabatur venturus.

BEDA. in ho. Aptum autem humane reſtaurationis principium: vt angelus a deo mitteretur ad virginem partu conſecrandum diuino: quia prima perditionis humane fuit cauſa cum ſerpens a diabolo mittebatur ad mulierem ſpiritu ſuperbie decipiendam. vnde ſequitur: Ad virginem. AVGV. de ſancta virginitate: Illum enim ſolum virginitas decēter parere potuit: que in ſua natiuitate parem habere non potuit. Oportebat enim caput noſtrum propter inſigne miraculum ſecundum corpus naſci de virgine: quando ſignificaret membra ſua de virgine etiam ſecūdum ſpiritum naſcitura. HIERO. in ſermone aſſum. Et bene angelus ad virginem mittitur: quia ſemper eſt angelis cognata virginitas. Profecto in carne preter carnem viuere nō terrēa vita ē: ſz celeſtis. CHRY. ſuper mat. Non autem angelus poſt partum annunciat virgini: ne nimium exinde turbaretur. Et ideo ante conceptionem illam alloquitur: non in ſomnis: immo viſibiliter aſſiſtit: nam quaſi magnam valde relationem accipiens egebat ante rei euentum viſione ſolēni. AMBRO. Bene autem vtrunqz poſuit ſcriptura: vt et deſponſata eſſet et virgo. Virgo: vt expers virilis cōſortij videretur. Deſponſata: ne temerate virginitatis adureretur infamia: cui grauis aluus corruptele videretur inſigne preferre. Maluit autem dominus aliquos de ſuo ortu q̄z de matris pudore dubitare. ſciebat enim teneram eſſe virginis verecundiam et lubricam famam pudoris: nec putauit ortus ſui fidem matris iniurijs aſtruendam. Seruatur itaqz ſancte marie ſicut pudore integra: ita et inuiolabilis opione virginitas. nec decuit ſiniſtra virginib9 opinione viuentibus velamen excuſationis relinqui: q̄ infamata mater quoqz domini videretur. Quid autem iudeis: quid herodi poſſet aſcribi: ſi natum videretur ex adulterio perſecuti? Quemadmodum autem ipſe diceret: Non veni legem ſoluere: ſed adimplere ſi videretur cepiſſe a legis iniuria? cum partus innupte lege damnetur. Quid q̄ etiam fides marie verbis magis adſciſcit: et mendacij cauſa remouetur? videtur enim culpam obumbrare noluiſſe mendacio innupta pregnans. Cauſam autem mentiendi deſponſata nō habuit: cum coniugij premium et gratia nuptiarum partus ſit feminarum. Non mediocris quoqz cauſa eſt vt virginitas marie falleret principem mundi: qui cum deſponſatam viro cerneret: partum non potuit habere ſuſpectum. ORIGE. Si enim non habuiſſet ſponſum: ſtatim cogitatio tacita diabolum ſurrepſiſſet: quomodo que non accubuit cum viro pregnans eſſet? debet iſte cōceptus eſſe diuinus debet aliquid humana natura eſſe ſublimius. AMBRO. Sz tamen magis refellet principes ſeculi: demonum enim malicia facile etiam occulta deprehendit. At vero qui ſecularibus vanitatibus occupantur: ſcire diuina non poſſunt quinetiam locupletior teſtis pudoris maritus adhibetur: qui poſſet et delere iniuriam et vindicare obprobrium: ſi non agnoſceret ſacramentum. de quo ſubditur: Cui nomen erat ioſeph de domo dauid.

BEDA: in ho. Quod non tantum ad ioſeph: ſed etiam pertinet ad mariam. Legis nanqz erat preceptum: vt de ſua quiſqz tribu aut familia acciperet vxorem. Sequitur: Et nomen virginis maria. BEDA. ſuper lucam: Maria hebraice ſtella maris: ſyriace vero domina vocatur: et merito quia hec totius mundi dominum lucem ſeculis meruit generare perennem.

¶ Et ingreſſus angelus ad eam dixit: Aue gratia plena dominus tecum: Que cum audiſſet turbata eſt in ſermone eius: et cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.

AMBRO. Diſce virginem moribus: ſola in penetralibus quam nemo virorum videret: ſolus angelus reperiret. vnde dicitur: Et ingreſſus angelus ad eam. Et ne quidem degeneri deprauaretur affatu: ab angelo ſalutatur. GRECVS: Contra vocem prius editam mulieri dirigitur nunc ſermo ad virginem. In illa doloribus partus eſt cauſa peccati punita: in hac per gaudium meſticia

pellitur. vnde iocũditatem non abſurde pre/
nunciat angelus virgini dicẽs: Aue. Quod
autem digna cognoſceretur ſpõſaliuꝫ atteſta/
tur: cum dicit: Gratia plena. quaſi enim que
dam arra aut dos ſponſi oſtenditur ꝙ fecun/
da ſit gratijs. Horum enim que dicit: hec ſũt
ſponſe: alia ſponſi. HIE. in ſermone de aſ/
ſũ. Et bene gratia plena: quia ceteris per par
tes preſtatur: Marie vero ſimul ſe totam īfu
dit gratie plenitudo. Vere gratia plena: per
quam largo ſpiritus ſancti imbre ſuperfuſa ẽ
omnis creatura. Jam autem erat cuꝫ ꝟgine:
qui ad virginẽ mittebat angelum: ⁊ preceſſit
nuncium ſuum domin⁹: nec teneri potuit lo/
cis qui omnibus habetur in locis. vñ ſequiꝑ:
Dñs tecum. AVGV. in ſer. de nati. Ma
gis ꝙꝫ mecum: ipſe. n. in tuo eſt corde: in tuo
ſit vtero: adimplet mẽtem: adimplet ventreꝫ.
GRECVS: Hoc aũt ẽ totũ legatiõis cõ
plementuꝫ. dei enĩ verbũ vt ſpõſus ſupra ra
tionem vnionẽ efficiens tãqꝫ ipe germinãs:
idẽqꝫ germinatus totam naturã humanã ſibi
ipſi conformauit. Vltimũ vero poniꝑ ꝑfectiſ
ſimum ⁊ cõpendioſum. Benedicta tu in mu
lieribus. Vna. ſ. pre cunctis mulieribus: vel
etiam benedicantur in te mulieres: ſicut ma/
res in filio: ſed magis vterqꝫ in vtriſqꝫ. Ve/
lut enĩ per vnã ⁊ vnũ feminã ⁊ marẽ peccatũ
ſimul ac triſticia intrauit: ſic ⁊ nunc ꝑ vnam ⁊
vnũ benedictio reuocata eſt ⁊ leticia: ⁊ ad ſin/
gulos eſt profuſa. AMBRO. Diſce autẽ
virginem verecũdia: quia pauebat: nam ſeq/
tur: Que cũ audiſſet: turbata eſt in ſermone
eius. Trepidare virginũ eſt: ⁊ ad oẽs igreſ/
ſus viri pauere: oẽs viri affatus vereri. Di/
ſce virgo verborũ vitare laſciuiã: Maria etiã
ſalutatiõem angeli verebaꝑ. GRECVS:
Cũ aſſueta foret his viſionibus: Euangeli/
ſta nõ viſioni: ſed relatibus turbationeꝫ attri
buit dicens: Turbata eſt in ſermone ei⁹. At/
tende aũt virginis ⁊ pudicã ⁊ prudentem ⁊
aĩam ſimul ⁊ vocẽ. audita leticia dictũ exami/
nauit: ⁊ neqꝫ manifeſte obſtitit per icredulita
tẽ: nec ſtatim paret ex leuitate: eue leuitatẽ eui
tans ſimul ⁊ duritiã zacharie. vñ ſeqtur: Et
cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Nõ cõce/
ptio. nã adhuc ignorabat imẽſitatẽ myſterij:
ſꝫ ſalutatio nũqd libidinoſa: vt a viro ad vir/
ginẽ: an diuina: dum dei faceret mẽtionẽ di/
cens: Dñs tecũ. AMBRO. Benedictio

nis etiã nouã formulã mirabaꝑ. q̃ nuſqꝫ ẽ añ
ꝯperta: ſoli marie h̄ ſeruabaꝑ. ORI. Si. n.
ſciuiſſet maria ad aliũ quẽpiã ſimilẽ factũ eſſe
ſermonẽ: vtpote q̃ hẽbat legis ſciam: nunqꝫ
eam q̄ſi peregrinã talis ſalutatio exterruiſſet.
¶ Et ait angelus ei: Ne timeas ma/
ria: inuenisti enim gratiam apud deuꝫ.
Ecce concipies in vtero ⁊ paries filiũ:
⁊ vocabis nomen eius ieſum. Hic erit
magnus ⁊ filius altiſſimi vocabiꝑ. Et
dabit illi dominus deus ſedem dauid
patris eius: ⁊ regnabit in domo iacob i
eternum: ⁊ regni eius non erit finis.
BEDA: Q: ſalutatiõe inſolita virginẽ tur
batã, viderat: quaſi familiarius notã vocans
ex noie: ne timere debeat iubet. vñ diciꝑ: Et
ait ei angelus: ne timeas maria. GRE/
CVS. q. d. Nõ acceſſi decepturus: imo de
ceptionis abſolutionẽ depromere. Nõ veni
predaturus iuiolabilẽ tuã virginitatẽ: ſed cõ/
ditoris puritatis ⁊ cuſtodis cõtubernia reſe/
rare. Nõ ſũ ſerpentis miniſter: ſed perimen
tis ſerpẽtẽ legatus ſpõſaliũ tractator: non iſi/
diarũ molitor. Sic ergo nequaqꝫ diſtrahenti/
bus ipam cõſiderationibus verari ꝑmiſit: ne
dijũdicareꝑ infid⁹ miſter negocij. CHR.
Qui aũt apud deum mereꝑ grãm: non habet
qd timeat. vñ ſequiꝑ: Jnueniſti enim gratiam
apud deum. Qualiter ãt illã qſqꝫ reperiet: ni
ſi humilitate medlãte: Humilibus enim dat
deus gratiã. GRECVS: Jnuenit enim
gratiam virgo corã deo: qꝛ ſplendore pudici
ne ꝓpriã exornãs aiaꝫ: gratũ deo ſe habitacu/
lũ ꝑparauit: nec ſolũ celibatũ iuiolabilẽ cõſer/
uauit: ſꝫ etiã imaculatã ꝯſciẽtiam cuſtodiuit.
ORI. Jnuenerãt. n. plres gratiã ante eã:
Et iõ ſubdit qd ꝓpriũ eſt dicens: Ecce conci
pies in vtero. GRECVS: Qd diciꝑ ec/
ce: celeritatẽ ⁊ preſentiam denotat: inſinuans
cũ eius verbo celebratã eſſe cõceptionẽ. Di/
cit aũt cõcipies in vtero: vt demonſtret dñm
ab ipſo vtero virginali ⁊ de noſtra ſubſtantia
carnẽ ſuſcipe. Venit. n. diuinũ verbũ emun
datuꝝ naturã humanã ⁊ partũ: ⁊ noſtre gene
ratiõis primordia. Et iõ ſine peccato ⁊ huma
no ſemie ꝑ ſingula ſicut nos in carne cõcipiꝑ:
⁊ nouẽ mẽſiũ ſpatio geſtaꝑ i vtero. GRE/
niſenus: Sꝫ quoniã contingit ſpecialiter di/

uinum concipi ſpiritum: ⁊ ſpiritum parere ſa
lutarem ſm prophetam ideo addidit: Et pari
es filiuz. AMBRO. Non autē oēs ſunt
ſicut maria: vt dum de ſpirituſancto concipi/
unt: verbum pariant. Sunt aūt que ab ortiuū
excludant verbum anteq̃ʒ pariant. Sunt q̃ in
vtero xp̄m habeant: ſed nondū formauerint.
GRE. niſenus: Cuʒ aūt expectatio partus
mulieribus timorē incutiat: ſedat timoris me
tum dulcis partus relatio: cum ſubditur: Et
vocabis nomen eius ieſuʒ. Saluatoris.n.ad
uentus eſt cuiuſlibet timoris propulſio. BE
DA: Jeſus autem ſaluator ſiue ſalutaris in
terpretatur. GRECVS: Dicit autem: tu
vocabis non pater: patre enim caret q̃tuʒ ad
inferiorem generationeʒ: ſicut ⁊ matre reſpe
ctu ſuperne. CIRYL. Hoc autem nomē
de nouo fuit verbo impoſitum natiuitati con
gruens carnis: ſm illud propheticum: Vo/
cabitur tibi nomē nouum qd̓ os dn̄i noiauit.
GRECVS. Verum qꝛ hoc nomen cōe
eſt ſibi cum ſucceſſore moyſi: Jccirco innuēs
angelus qꝫ non erit ſm illius ſimilitudinem
ſubiugit: Hic erit magnus. AMBRO.
Dictum eſt quidem ēt de ioanne qꝛ erit ma/
gnus: ſed ille quaſi homo magnus: hic quaſi
deus magnus. Late.n. funditur dei virtus:
late celeſtis ſubſtantie magnitudo porrigitur.
non loco clauditur: non opinione cōprehendi
tur: non eſtimatione cōcluditur: non etate va
riatur. ORI. Vide ergo magnitudineʒ ſal
uatoris quomodo in toto orbe diffuſa ſit. aſcē
de in celos: quo celeſtia repleuerit. deſcēde co
gitatione ad abyſſos ⁊ vide eum illuc deſcen/
diſſe. ſi hoc videris: pariter intueberis opere
cōpletum: hic erit magnus. GRECVS:
Neq̧ carnis aſſumptio deitatis derogat celſi
tudini: immo potius humanitatis humilitas
ſublimatur. vnde ſequitur: Et filius altiſſimi
vocabitur: Nō vtiq̧ tu impones vocabulū:
ſed ipſe vocabitur. a quo? niſi a conſubſtantia
li genitore. nullus.n. filium nouit niſi pater.
Penes quem vero infallibilis eſt noticia ge
niti: nec verus interpres eſt erga impoſitōnē
congruam nominis. propter qd̓ dicit: Hic ē
filius meus dilectus. ab eterno ſiquideʒ eſt q̃ʒ
uis nunc ad noſtram doctrinam nomen eius
patuerit. Et ideo ait: vocabitur: non fiet vel
generabitur. nam ⁊ ante ſecula fuerat conſub
ſtantialis patri. Hunc ergo concipies: huius
mr̄ efficieris: hūc virgialis cella ꝯcludet cuiꝰ
celeſte ſpatium capax non extitit. CHRY.
Ceterum ſiquidem enorme quibuſdam vide
tur: deum habitare corpus. Nonne ſol cuius
eſt corpus ſenſibile quocunq̧ radios mittit:
non leditur in propria puritate: Multo ergo
magis iuſticie ſol ex vtero virginali mundiſ/
ſimum corpus aſſumens: non tm̄ contamina
tus non eſt: immo ēt ipſam matrem ſanctio/
reʒ oſtendit. GRECVS: Et vt virginē
redderet memorem prophetarum ſubdit: Et
da.il.do. deus ſe. dauid patris eiꝰ. vt noſcat
liquido: qm̄ qui naſciturus ē ab ea ipſe ē chri
ſtus quem illi promiſerunt ex dauid ſemine
naſciturum. CYRIL. Non tamen ex io/
ſeph eſt editum corpus chriſti mundiſſimuʒ:
ſm enim vnam lineam cognationis profluxe
rant ioſeph ⁊ virgo: ex qua formam humani
tatis vnigenitus ſumpſit. BASI. Non aūt
in materiali ſede dauid ſedit dominus trāſla/
to iudaico regno ad herodem: ſed ſedē appel
lat dauid: in qua reſedit dominus indiſſolubi
le regnum. vnde ſequitur: Et regna. in do. ia
cob ineternum. CHRY. Dicit autem ad
preſens domum iacob eos qui de numero iu
deorum crediderunt in illum. Vt enim pau/
lus dicit: Non omnes qui ex iſrael ſunt: hij
ſunt iſraelite: ſed qui ſunt filij ꝓmiſſionis cō
putantur in ſemine. BEDA: Vel domum
iacob totam eccleſiaʒ dicit: vel que de bona ra
dice nata: vel cum oleaſter eſſet: merito tamen
fidei in bonam eſt inſerta oliuam. GRE/
CVS: Nullius autem eſt ineternuʒ regna
re niſi dei ſolius: quo fit vt ⁊ſi propter incar/
nationeʒ dicatur dauid ſedem accipere: tamē
idem ipſe inquatum deus rex eternus agno/
ſcitur. Sequiꝛ: Et regni eius non erit finis.
non ſolum inquantum deus eſt: ſed etiam in
eo qꝫ homo. ⁊ in preſenti quideʒ habet regnū
multorum: finaliter vero vniuerſorum: cum
ei omnia ſubijciantur. BEDA: Omit/
tat ergo neſtorius dicere hominem tantum
ex virgine natum: ⁊ hunc a verbo dei non
in vnitate perſone eſſe receptum. Angelus
enim qui eundem ipſum patrem habere da/
uid: queʒ filium altiſſimi vocari pronunciat:
in duabus naturis vnam chriſti perſonaʒ de
monſtrat. Non autem ideo futuri temporis
verbis angelus vtitur: qꝛ ſm hereticos chri/
ſtus ante mariam non fuit: ſed qꝛ ſm eandeʒ

perſonā homo cū deo idem filij nomē ſortit̄.
¶ Dixit autem maria ad angelum:
Quomodo fiet iſtud quoniam virum
non cognoſco? Et reſpondens ange-
lus dixit ei. Spirituſſanctus ſuperue-
niet in te: ⁊ virtus altiſſimi obumbra-
bit tibi. Jdeoq; ⁊ quod naſcetur ex te
ſanctum: vocabitur filius dei.
AMBRO. Neq; nō credere angelo ma-
ria debuit: neq; tā temere vſurpare diuina.
vn̄ dr̄: Dixit aūt maria ad angeluz: Quō fiet
iſtud? Temperatior ē iſta rn̄ſio q̄ȝ verba ſacer
dotis. Hec ait: Quō fiet iſtud? Jlle rn̄dit: vn̄
hoc ſciam? Negat ille ſe credere: ⁊ quaſi fidei
adhuc aliū q̄rit auctorē. Jſta ſe facere ꝓfitet̄:
nec dubitat eſſe faciēdū: qđ quō fiat inquirit.
Legerat maria: Ecce ꝯcipiet in vtero: ⁊ pari
et filiuz. ideo credidit futuꝝ ſ; quō fieret ante
nō legerat. non. n. quēadmodū fieret: vel pro
phete tanto fuerat reuelatū: tn̄. n. myſterium
nō hoīs fuit: ſ; angeli ore ꝓmēdū. GRE.
niſenus: Attende ēt munde virginis voceȝ:
partū annūciat angelus: ipſa vero virginitati
innititur: preſtantiorē incorruptibilitate angeli
ca viſione diiudicans. vn̄ dicit: Qm̄ virꝫ nō
cognoſco. BASI. Cognitio multifarie dici
tur. dicit̄. n. cognitio noſtri ꝯditoris ſapiētia:
ac magnaliū ſuoꝝ noticia: necnon mādatoruȝ
cuſtodia: ⁊ q̄ fit apud eū appropinquatio ⁊ co
pula nuptialis: vt hic accipit̄. GRE. niſe-
nus: Hec igit̄ marie verba indiciū ſunt eoꝝ
q̄ tractabat in mētis archano: naȝ ſi cā copule
ꝯiugalis ioſeph deſponſari voluiſſet: cur ad-
miratione ducta eſt dū ſibi narrat̄ cōceptio? cū
nimirū ipſa p̄ſtolaret̄ ad tp̄s mater effici iuxta
legis naturā. Verꝫ q̄ oblatū corpus deo qua
ſi quodā ex ſacris inuiolabile reſeruari dece-
bat. ⁊ ideo dicit. Qm̄ virꝫ nō cognoſco. q. d.
Etſi ſis āgel⁹: tn̄ ꝙ virꝫ cognoſcā: ex impoſſibi
libus cernit̄. qualr̄ igit̄ mater ero carens con-
iuge? ioſeph quidē in ſpōſum agnoui. GRE
CVS. Sed ꝯſidera qualiter virgini ſoluit
dubium angelus: ac explanat intemeratū con
nubiū ⁊ ineffabilē partū. Sequitur enim: Et
rn̄dens angelus dixit ei: Spirituſſanctus ſu
perueniet in te. CHRY. q. d. Non q̄ras
ordinē naturalem vbi naturā tranſcendunt ⁊
ſuperāt q̄ tractant̄. Dicis: quō fiet iſtud: qm̄
virꝫ non cognoſco? q̄nimo eo ipſo cōtinget q̄
es coniugis inexperta. nā ſi virꝫ experta fuiſ-
ſes: non digna cenſereris hoc myſterio: non
q̄ ꝓphanuȝ ſit coniugium: ſed q̄ virginitas
potior. Decebat enim cōmunem omnium do
minum: ⁊ in natiuitate nobiſcuȝ participare:
⁊ ab ea diſcrepare. ꝙ enim ex vtero naſceret̄:
habuit cōmune nobiſcum. ꝙ autem abſq; cō-
cubitu naſceret̄: plus a nobis obtinuit q̄ȝ bea
tum corpus illud quod ob exuberantem mun
diciam virginis marie vt videtur donuȝ ani
me ad ſeipſum allexit. Jn ſingulis enim cete-
ris vix vtiq; anima ſyncera ſanctiſpiritus im
petrabit preſentiam: ſed nunc caro receptacu
lum efficitur ſpiritus. GREGO. niſen⁹:
Tabulas. n. noſtre nature quas culpa confre
gerat: denuo verus legiſlator de terra noſtra
ſibi dolauit: abſq; ꝯcubitu diuinitatis ſue cor
pus ſuſceptibile creans: quod diuinus digi-
tus ſculpſit: ſcilicet ſpiritus ſuperueniēs vir-
gini. CHRY. Jnſuper ⁊ virtus altiſſimi
obumbrabit tibi. Altiſſimi regis virtus chri-
ſtus eſt: qui per aduentum ſpirituſſancti for-
matur in virgine. GRE. xviij. moralium.
Per obumbrationis enim vocabulum incar
nandi dei vtraq; natura ſignificatur: vmbra
enim a lumine formatur ⁊ corpore. Domin⁹
autem per diuinitateȝ lumen eſt: quia ergo lu
men incorporeum in eius erat vtero corporā
dum: recte ei dicitur: Virtus altiſſimi obum-
brabit tibi. i. corpus in te humanitatis accipi-
et incorporeum lumen diuinitatis: hoc enim
marie dicitur propter mentis refrigerium ce
litus datū. BEDA: Non ergo virili quod
non cognoſcis ſemine: ſed ſpirituſſancti quo
impleris opere concipies. cōcupiſcentie in te
non erit eſtus: vbi vmbram faciet ſpirituſſan
ctus. GREGO. niſenus: Vel dicit Ob-
umbrabit tibi. quia ſicut corporis vmbra pre-
cedentium charactere conformatur: ita indicia
deitatis filij ex virtute generādi patebūt. Si-
cut. n. in nobis q̄dā viuifica virtus i materia
corporali ꝯſpicit̄ qua homo format̄: ſic in vir
gine altiſſimi virtus ꝑ viuificantem ſpiritum
pariter corpori i ſitam maternam carnis ex vir
gineo corpore ad formandum nouum homi-
neȝ aſſumpſit. vnde ſequitur: Jdeoq; ⁊ quod
naſcetur ex te ſanctum. ATHA. Profite-
mur enim qm̄ nature humane aſſumptum ex
maria corpus veriſſimum extitit: ⁊ idem fm̄

naturā corpori noſtro: ſoror nanqꝫ noſtra ma
ria eſt: cum omnes ab adam deſcenderimus.
BASILI. Unde ⁊ paulus dicit. Quoniā
miſit deus filium ſuum natum non per mu-
lierem: ſed ex muliere. Nam hoc quod dico ꝑ
mulierem tranſituram poterat indicare natiui
tatis ſententiam. quod autem dicitur: ex mu-
liere: manifeſtat communionem nature geni
ti reſpectu parentis. GREGO. xviij. mo
ra. Ad diſtinctionem autē noſtre ſanctitatis
ieſus ſingulariter ſanctus naſciturus aſſerit.
nos quippe ⁊ ſi ſancti efficimur: non tamē na
ſcimur: quia ipſa nature corruptibilis cogna-
tione conſtringimur. ille autem ſolus veraci-
ter ſanctus eſt: qui ex cōiunctione carnalis co
pule conceptus non eſt: qui non ſicut hereticꝰ
deſipit: alter in humanitate: alter in deitate ē.
vt purus homo conceptus atqꝫ editus: ⁊ poſt
per meritum vt deus eſſet accepit: ſed nunciā
te angelo ⁊ aduueniente ſpiritu: mox verbum
in vtero: mox intra vterum verbum caro. vn
de ſequitur: Vocabitur filius dei. GRE-
CVS: Tu autem attēde qualiter virgini an
gelus totam trinitatem edidit: dum ſpiritum-
ſanctum commemorat virtutem ⁊ altiſſimū:
trinitas enim indiuiſibilis eſt.

¶ Et ecce heliſabeth cognata tua: ⁊ ip
ſa concepit filium in ſenectute ſua. Et
hic mēſis eſt ſextus illi: que vocatur ſte
rilis: quia nō erit impoſſibile apud de-
um omne verbum. Dixit autem ma-
ria: Ecce ancilla domini fiat mihi ſecū
dum verbum tuum.

CHRY. Quoniā precedēs dictū ſupabat
virginis mentē ad humiliora declinauit: ſer-
monē ꝑ ſenſibilia ipſi ſuadēs. Unde dic: Et
ecce heliſabeth cognata tua. Aiaduerte Ga-
brielis induſtriā: nō memorauit cā Sare vel
Rebecce vel Rachelis: qꝛ antiquora erāt exē-
pla: ſꝫ imminēs factū inducit: vt eius mētē cor
roboret: ⁊ ob hoc ⁊ etatē cōmemorauit: cū di-
cit: Et ipſa ꝯcepit filiū in ſenectute ſua. Et de
fectū nature. Sequit. n. Et hic mēſis ē ſextꝰ
illi q̄ vocat ſterilis. Non. n. a ꝓncipio ꝯceptꝰ
heliſabeth ſtatim annūciauit: ſꝫ acto ſex mēſiū
ſpatio: vt tumor ventris ꝓhibeat argumentū.
GREGO. nazanzenus. Sꝫ q̄rit aliqs:
Quare ad dauid xp̄s refert? Siquidē maria
de ſanguine manauit aaron: cuiꝰ cognatā an
gelus heliſabeth aſſeruit: ſꝫ h nutu ſupno ꝯti
git vt regiū genꝰ ſacerdotali ſtirpi iungeret;
vt xp̄s q rex ē ⁊ ſacerdos ab vtriſqꝫ ſꝫ carnē
naſceret. Legit ēt in exodo: Q m̄ aaron ꝓmꝰ
ſm legē ſacerdos duxit ex tribu iude coniugē
heliſabeth filiā aminadab: ⁊ attende ſacratiſſi
mā ſpūs adminiſtrationē: dū ⁊ hanc zacharie
ꝯiugē ſtatuit heliſabeth vocari: reducēs nos
ad illā heliſabeth quam duxerat aaron. BE-
DA: Sic ergo ne virgo ſe parere poſſe dif
fidat: accepit exēplū ſterilis anus pariture: vt
diſcat oia deo poſſibilia: ēt q̄ nature ordine vi
dentur eſſe cōtraria. vnde ſequitur: Quia nō
erit ipoſſibile apud deū oē vbū. CHRY.
Ipſe nāqꝫ cū ſit nature dn̄s cūcta pōt cū velit:
q cūcta peragit ⁊ diſponit: vite mortiſqꝫ lora
gubernans. AVGV. cōtra fauſtū: Quiſ-
quis autē dicit: Si omnipotens deus eſt: fa
ciat vt ea que facta ſunt facta non fuerint: nō
percipit ſe dicere vt ea que vera ſunt eo ipſo
q vera ſunt falſa ſint. Poteſt enim facere q
aliquid non ſit quod erat: velut cum aliquem
qui cepit eſſe naſcendo: faciat non eſſe mori-
endo. Quis autem dicat: vt id quod iam non
eſt: faciat non eſſe? quicquid enim preteritum
eſt: iam non eſt: ſi de ipſo fieri aliquid poteſt:
adhuc eſt de quo fiat. Et ſi eſt: quomodo pre-
teritum eſt? non ergo eſt quod vere diximus
fuiſſe: ſed ideo verum eſt illud fuiſſe: quia in
noſtra ſententia verum eſt: non in ea re que
iam non eſt: hanc autem ſententiam deus fal
ſam facere non poteſt. Omnipotentem autē
deum non ita dicimus ac ſi eū ēt mori poſſe
credamus. Ille plane oipotens vere ſolus di
citur: qd vere eſt: etiam a quo ſolo eſt quicqd
aliquo mō ē. AM. Vide aūt humilitatē vir
ginis vid devotionē. Seqt. n. Dixit au. ma.
Ecce an. dn̄i. Ancillā ſe dicit q̄ mater eligit:
nec repētina exaltata ꝓmiſſiōe eſt. Mitē. n.
humilemqꝫ paritura: humilitatem debuit eti-
am ipſa preferre. ſimul etiam ancillam ſe di-
cendo: nullam ſibi prerogatiuam tante gratie
vendicauit: quin faceret quod iuberetur. vn-
de ſequitur: Fiat mihi ſm verbum tuū. Ha
bes obſequium: vide votum. Ecce ancilla do
mini. apparatus officij eſt: Fiat mihi ſecun-
dum verbum tuum. conceptus eſt voti. EV
SE. Alius aliud quiddam in preſenti ſermo
ne virginis extollet apicibus: hic quidē ꝯſtan

riam: hic obedientie ꝓmptitudinē: alius ꝙ nō
allecta eſt tam ſplendidis ⁊ arduis ꝑ magnuꝫ
archangelum promiſſis pollicitis: alius ꝙ nō
exceſſit moduꝫ in dando inſtantias: ſed equa
liter cauit ⁊ eue leuitatem ⁊ zacharie inobedi/
entiam: mihi autem humilitatis profunditas
non minus conſpicitur admirāda. GRE/
GO. xviij. mo. Per ineffabile nāqꝫ ſacra
mentū cōcepto ſacto partu inuiolabili ſm ve/
ritatem vtriuſqꝫ nature eadē v̄go ancilla do
mini fuit ⁊ mater. BEDA: Accepto autem
virginis conſenſu mox angelus celeſtia repe
tit. vnde ſequitur: Et diſceſſit ab illa angelꝰ.
EVSE. Non soluꝫ impetrans qđ optabat
ſed ſtupens in virginea forma ⁊ virtutis ple
nitudine.

## Feria ſexta. Luce. i. capi.

EXurgens maria abijt in
montana cum feſtinatiōe
in ciuitatem iuda: ⁊ intra/
uit i domū zacharie: ⁊ ſalu
tauit heliſabeth. Et factū
ē vt audiuit ſalutationem marie heliſa
beth: exultauit īfans i vtero eiꝰ. Et re/
pleta ē ſpūſcō heliſabeth: Et exclama/
uit voce magna ⁊ dixit: Benedicta tu
īter mulieres: ⁊ benedictus fructus vē
tris tui. Et vnde hoc mihi vt veniat
mater domini mei ad me? Ecce enim
vt facta eſt vox ſalutationis tue in auri
bus meis: exultauit in gaudio infans in
vtero meo. Et btā que credidiſti quo/
niā ꝑficiētur ea que dcā ſūt tibi a dn̄o.
AMBRO. Angelus cum abſcondita nū
ciaret vt fides aſtrueret: exēplo femine ſteri/
lis cōceptū virginis nunciauit. Ubi hoc au/
diuit maria: non quaſi incredula de oraculo:
nec quaſi incerta de nuncio: nec quaſi dubi/
tans de exemplo: ſed quaſi leta pro voto: reli
gioſa pro officio: feſtina pre gaudio in monta
na perrexit. vnde dicitur: Exur. ma. abi. in
montana. Quo enim iam deo plena: niſi ad
ſuperiora cū feſtinatōe conſcēderet. ORI.
Jeſus enim qui in vtero illius erat feſtinabat
adhuc in ventre matris ioannem poſitum ſā
ctificare. vnde ſequitur: Cum feſtinatione.
AMB. Neſcit tarda molimina ſpiritusſācti
gratia. Diſcite virgines non demorari i pla/
teis: nō aliquos in publico miſcere ſermōes.
THEO. Propter hoc abijt in montana:
qꝛ zacharias in montanis habitabat. vnde ſe
quitur: In ci. iu. ⁊ itra. i do. zacharie. AM.
Diſcite vos ſancte mulieres ſedulitatem quā
pregnantibus debeatis exhibere cognatis.
Mariam autem que ſola in intimis penetra/
libus verſabatur: non a publico virginitatis
pudor: non a ſtudio aſperitas montium: non
ab officio prolixitatis itineris retardauit. Di/
ſcite etiam virgines humilitatem marie: vēit
propinqua ad proximam: iunior ad ſeniorē:
nec ſolum venit: ſed ⁊ prior ſalutauit. vn̄ ſeq
tur: Et ſalu. heliſa. Decet enim vt q̄ꝫto caſti/
or virgo tanto humilior ſit: noueritqꝫ deferre
ſenioribus. Sit magiſtra humilitatis in qua
eſt profeſſio caſtitatis. Eſt etiam cauſa pieta/
tis: quia ſuperior venit ad inferiorem: vt in/
ferior adiuuetur: maria ad heliſabeth: chriſꝰ
ad ioannem. CHRY. ſuper mathe. Ud
aliter celabat que ſupradicta ſunt in ſe virgo:
nec cuiq̄ꝫ hominum pandit: non eni credebat
ab alijs poſſe fidem adhiberi mirandis relati
bus: immo magis putabat ſe pati conuitia: ſi
diceret: quaſi volens ſcelus proprium pallia
re. GRECVS: Ad ſolam autem refugit
heliſabeth: ſic enim conſueuerat propter co/
gnationem ⁊ propter ceteram huiuſmodi cō/
iunctionem. AMB. Cito autem euētꝰ ma/
rie ⁊ p̄ſite dominice beneficia declarātur. nā
ſequit: Et fac. eſt vt audi. ſalu. ma. heli. exul.
inf. in vte. eius. Uide diſtinctionem ſingulo
rumq̄ꝫ verborum proprietates: vocem prior
heliſabeth audiuit: ſꝫ ioānes prior gratiā ſen
ſit. illa nature ordine audiuit: iſte exultauit ra/
tione myſterij. illa marie: iſte domini ſēſit ad
uentum. GRECVS. Propheta eni pa/
rente acutius videt ⁊ audit: ſalutatq̄ ꝓpheta/
tum: ſed quoniam verbis nō poterat: ſaltat i
vtero: quod maximū exiſtit in gaudio. Quis
vnq̄ꝫ nouit tripudium natiuitate antiquius?
Inſinuauit gratia q̄ nature ignota extiterant:
recluſus ventre miles agnouit dominum ac
regem oriturum: ventris tegmine non obſtā
te myſtice viſioni. inſpexit. n. non palpebris:
ſed ſpiritu. ORI. Nō āt ātea replerꝰ fuerat

ſpiritu donec aſſiſteret que chriſtum gerebat ī
vtero. tunc autem τ ſpiritu erat plenus: τ re/
ſultabat in parente. vnde ſequit̄: Et reple. et
ſpiritu ſancto heliſabeth. Non autem dubiū
eſt: quin que tunc repleta eſt ſpiritu ſancto: ꝓ/
pter filium ſit repleta. AMBRO. Illa au
tem que ſe occultauerat τ cōceperat filium: ia/
ctare ſe cepit quia generabat prophetam: τ q̄
erubeſcebat ante: benedicit. vnde ſequit̄: Et
excla. vo. mag. τ dixit. Bn̄di. tu inter mulie/
res. Magna voce clamauit: vbi domini ſen/
ſit aduentum: quia religioſum credidit partū.
ORI. Dicit aūt: Benedicta tu inter mulie
res. Nulla enim vnq̄ʒ tante fuit gratie parti
ceps aut eſſe poterit: vnius enim diuini ger/
minis parens eſt vnica. BEDA: Eadem
autem voce ab heliſabeth qua a gabriele bene
dicit̄: quatenus τ angelis τ hominibus vene
rāda mōſtretur. THEO. Quia vero alie
ſancte mulieres fuerunt que tamen genuerūt
filios peccato inquinatos ſubiūgit: Et bene.
fru. ven. tui. Vel aliter itelligit̄: dixerat: Bn̄
dicta tu iter mulieres. deīde quaſi iterrogāte
aliquo quare ſubiungit: Et bene. fru. vē. tui.
ſicut dicitur in pſalmo: Benedictus qui vēit
in nomine domini deus domin⁹ τ illuxit no
bis. Conſueuit eniʒ ſacra ſcriptura: τ pro qꝛ
recipere. ORI. Fructum auteʒ ventris dei
genitricis dominum dixit: qꝛ nequaq̄ʒ ex vi/
ro: ſed ex ſola maria proceſſit: nam qui ſemē
ſumpſerūt a patribus fructus eorum exiſtūt.
GRECVS. Solus ergo hic fructus be/
nedictus: quia abſq̄ʒ viro τ abſq̄ʒ peccato ꝓ/
ducitur. BEDA: Iſte eſt fructus qui dauid
promittitur: De fructu ventris tui ponaʒ ſup
ſedem tuam. SEVE. In qua parte emergit
eutycis redargutio: dum fructus vētris chri
ſtus aſſeritur. Omnis enim fructus eſt eiuſ/
dem nature cum planta. vnde τ virginem re
linquitur eiuſdem fuiſſe nature cum ſecundo
adam qui tollit peccata mūdi. Sed τ qui phā
taſticam opinionem de carne chriſti cōfingūt:
in vero dei genitricis partu erubeſcāt: nam
ipſe fructus ex ipſa ſubſtantia procedit arbo/
ris. vbi ſunt etiaʒ dicentes: quaſi per aquedu
ctum chriſtum tranſiſſe per virginem. aduer/
tant ex dictis heliſabeth: quam repleuit ſpūs:
chriſtum fructum fuiſſe ventris. Sequitur:
Unde hoc mihi vt veniat mater domini mei
ad me? AMBRO. Non quaſi ignorans
dicit: ſcit eniʒ eſſe ſancti ſpiritus gratiā τ ope
rationem: vt mater domini matrem prophete
ad profectum ſui pignoris ſalutet: ſed quaſi n̄
humani hoc meriti: ſed diuine gratie munus
eſſe cognoſcat. Ita dicit: Unde hoc mihi: hoc
eſt qua iuſticia quibus factis: pro quibus me/
ritis? ORI. Conuenit autem hoc dicēs cū
filio: nam τ ioannes indignū ſe ſentiebat ad/
uentu chriſti ad ipſum. Matrem autem do/
mini nuncupat adhuc virginem exiſtentem:
preoccupans euentum ex dicto ꝓphetico. Di
uina autem promiſſio duxerat mariam ad he
liſabeth: vt ioannis teſtimonium ab vtero ꝑ/
ueniret ad dominum. τ tunc enim ioannē do
minus in prophetam conſtituit. vnde ſequit̄:
Ecce enim vt fa. eſt vox ſalu. tue i auri. me.
exul. in. i vte. meo. AVGV. ad dardanū:
Hoc autem vt diceret ſicut euangeliſta ꝑelo
cutus eſt: repleta ē ſpūſcō: quo proculdubio
reuelante cognouit quid illa exultatio ſignifi/
caſſet. infantis. s. illius veniſſe matrem cui⁹
ipſe precurſor τ demonſtrator eſſet futurus.
Potuit ergo eſſe iſta ſignificatio rei tāte a ma
ioribus cognoſcende non a puulo cognite. nō
eni dixit: Exultauit in fide infās i vtero meo
ſed exultauit in gaudio. Uidemus aūt exulta
tionem non ſolum paruulorum: ſed etiam pe
corum. non vtiq̄ʒ de aliqua fide vel religione
vel quacūq̄ʒ rationabili cognitione venientē:
ſed hec inuſitata τ noua extitit: quia i vtero et
eius aduentu que omnium ſaluatorem fuerat
paritura. Ideo hec exultatio τ tanq̄ʒ matri do
mini reddita reſalutatio ſic ſolēt miracula fie/
ri: facta eſt diuinitus in infante: nō humani/
tus ab infante: q̄q̄ʒ etiam ſi vſq̄ʒ adeo in illo
puero eſt acceleratus vſus rationis τ volun/
tatis: vt intra viſcera materna iā poſſet agno/
ſcere credere τ conſentire. Etiam hoc in mira
culis habendum diuine potentie: non ad hu/
mane trahendum exemplar nature. ORI.
Uenerat autem mater domini viſura heliſa/
beth miraculoſum cōceptū quē retulerat āge/
lus: vt per hoc ſequat̄ credulitas potioris ad
virginem manaturi. Et ad hanc fidē facit ſer
mo heliſabeth dicētis: Et beata que credidi/
ſti: quoniam perficientur ea que dicta ſunt ti/
bi a dn̄o. AM. Vides minime dubitaſſe ma
riam ſed credidiſſe: τ ideo fructum fidei con/
ſecutam. BEDA: Nec mirum ſi dominus
redempturus mundum: operationem ſuam

inchoauit a matre: vt per quã ſalus omnibus
parabatur: eadem perſona fructũ ſalutis hau
riret ex pignore. AMB. Sed ⁊ vos beati q
audiuiſtis ⁊ credidiſtis. q̃cunq̧. n. crediderit
aia ⁊ concipit ⁊ generat dei verbum ⁊ opera
eius agnoſcit. BEDA: Omnis autem aia
que verbum dei mente concepit: virtutuȝ ſta
tim celſa cacumina greſſu conſcẽdit amoris:
quatenus ciuitatem iuda. i. confeſſionis ⁊ lau
dis arcẽ penetrare ⁊ vſq̧ ad perfectionem fi
dei ſpei ⁊ charitatis: quaſi tribus in ea menſi
bus valeat cõmorari. GREG. ſup ezech.
Simul ⁊ de preterito ⁊ de preſenti ⁊ de futu/
ro per prophetie ſpiritum tacta eſt: que ⁊ eam
promiſſionibus angeli credidiſſe cognouit ⁊
matrem nominans quia redemptorem hũani
generis in vtero portare intellexit: etiam cuȝ
omnia perficiẽda prediceret; quid etiam de fu
turo ſequeretur aperit.

**¶ Et ait Maria: Magnificat ani
ma mea dominum.**

AMBRO. Sicut peccatum a mulierib⁹
cepit: ita ⁊ bona a mulieribus incohant̃. vn/
de non ocioſum videt̃ q̃ ⁊ ante ioannẽ heliſa
beth ꝓphetizat: ⁊ maria ãte dñi generationẽ.
Sequitur autẽ vt marie quo perſona melior:
eo ꝓphetia ſit plenior. BASI. Virgo eniȝ
intentione ſublimi ac ſpeculatione ꝓfunda i/
menſitatem cõtẽplãs myſterij quaſi profũdi/
us gradiẽs magnificat deum. vnde dicitur:
Et ait maria: Magni. aia me. dñȝ. GRE/
CVS: quaſi diceret: Mirabilia que de⁹ pre
nũciauit in meo corpore exercebit: ſȝ aia mea
infructuoſa apud deum nõ erit. Cõuenit aũt
mihi ⁊ voluntatis fructũ afferre: nã q̃tũ am/
plo dotor miraculo: tantum teneor glorificare
in me mirabilia operantẽ. ORI. Si autem
dominus nec augmentũ nec detrimẽtũ recipe
poteſt: quid eſt qđ maria loquit̃: Magnificat
anima mea dominum? Sed ſi cõſiderem dñȝ
ſaluatorem imaginem eſſe inuiſibilis dei: et
aiam factam ad eius imaginem vt ſit imago
imaginis: tunc videbo quoniam in exemplo
eorum qui ſolent imagines pingere: qñ ma/
gnificauero aiam meam opere: cogitatione:
ſermone: tunc imago dei grandis efficitur: et
ipſe dominus cuius imago eſt in anima mea
magnificatur.

**¶ Et exultauit ſpiritus meus: in deo
ſalutari meo.**

BASI. Primus ſpiritus fructus eſt pax ⁊
gaudium. Quia ergo virgo ſancta totam ſibi
hauſerat ſpiritus gratiam: merito ſubiungit:
Et exul. ſpi. me. in deo ſalu. meo. Idem ani/
mam dicit ⁊ ſpũm. Conſueta aũt in ſcriptu/
ris exultationis prolatio: inſinuat alacreȝ quẽ
dam ⁊ iocoſum habitum aie in his qui digni
ſunt. Proide virgo exultat i dño ieffabili cor
dis tripudio: ⁊ reſultatione in ſtrepitu hone/
ſti affectus. Sequitur: In deo ſa. meo. BE/
DA: Quia eiuſdem ieſu. i. ſaluatoris: ſpũs
virginis eterna diuinitate letatur: cuius caro
temporali conceptione fetatur. AMB. Ma
gnificat ergo aia marie dñȝ: ⁊ exultat ſpũs ei⁹
i deo; eo q̃ aia ⁊ ſpũ patre filioq̧ deuota. vnũ
deũ ꝑ quẽ oia pio venerant̃ affectu. Sit autẽ
i ſingulis marie aia vt magnificet dñȝ. Sit i
ſingulis ſpũs marie vt exultet i dño. Si ſm
carnẽ vna mr̃ ẽ chriſti: ſm fidẽ tñ oiuȝ fruct⁹
eſt chriſtus. Omis. n. anima accipit dei verbũ:
ſi tñ imaculata ⁊ imunis a vitijs itemerata ca
ſt imoniũ pudoris cuſtodiat. THEO. Ille
aũt deũ magnificat: q digne ſequit̃ chriſtuȝ: ⁊
dũ chriſtianus vocat̃: chriſti nõ minuit digni
tatẽ: magna ⁊ celeſtia operãdo: ⁊ tũc ſpiritus
eius. i. ſpũale chriſma exultabit. i. perficiet:
⁊ non mortificabitur. BASI. Si quãdo ve
ro lux i cor ſuũ irrepſerit ⁊ ad deũ diligendũ
⁊ cõtẽnẽda corporea: ꝑ illã obſcurã ⁊ breuem
imaginẽ ꝑfectã percipe iuſtorũ cõſciam abſq̧
vlla difficultate conſequentium in dño gaudi
um. ORI. Prius aũt aia magnificat dñm
vt poſtea exultet in deo: niſi enim antea credi
derimus exultare non poſſumus.

**¶ Sequitur ſuper totum canticum
Magnificat.**

**¶ Quia reſpexit humilitatem ancille
ſue: ecce enim ex hoc beatam me dicent
omnes generationes.**

GRECVS expoſitor: Cauſam manife/
ſtat cur ſe magnificare deũ deceat: ac exultare
i illo dicẽs: Qr reſpexit hũilitateȝ ancille ſue
q. diceret: Ipſe ꝓuidit ñ ego expectaui: humi/
libus erã cõtẽta. Nũc ãt ad ieffabile cõſilium
eligor: ⁊ exaltor de terra ad ſidera. AVG.

i ſer. de aſſũ. O vera humilitas: que deũ hoi
bus peperit: vitã mortalib⁹ edidit: celos ino/
uauit: mũdũ purificauit: paradiſũ apuit: ⁊ ho
minum aĩas liberauit. Facta eſt marie humi/
litas ſcala celeſtis: p quã de⁹ deſcẽdit ad ter/
ras. Quid eni ẽ dicere reſperit niſi approba
uit? Multi eni vidẽtur i cõſpectu hoium hu/
miles eſſe: ſed eoꝝ humilitas a dño nõ reſpi/
citur. Si eni veraciter humiles eſſent: deinde
ab hoibus nõ ſe laudari vellẽt: nõ i h mũdo:
ſed i deo ſpũs eoꝝ exultaret. ORI. Sꝫ qd
hũile atqꝫ deiectũ q̃ dei filiũ geſtabat i vtero?
Sed cõſidera qm̃ hũilitas i ſcripturis vna de
xtutib⁹ pdicaẽ: q̃ a philoſophis modeſtia dr.
Sed ⁊ nos eã poſſum⁹ appellare quodã cir/
cuitu: cũ aliqd nõ ẽ iflatũs: ſed ipſe ſe deijcit.
BEDA: Cuius aũt hũilitas reſpicit recte
beata ab omnib⁹ cognominaẽ. vñ ſeqẽ: Ecce
eni ex hoc beatã me dicẽt oẽs generationes.
ATHA. Si. n. ſm pphetã beati ſũt q hñt
ſemẽ i ſyon: ⁊ ꝓximos in hieruſalẽ: quãtũ dꝫ
eſſe pconiũ diuine ac ſacroſancte xginis ma
rie: q̃ ſꝫ carnẽ xbi genitrix ẽ affecta. GRE
CVS: Nõ ãt ſe beatã appellat inani vera/
ta gloria. vñ. n. ſocus i ipa ſupbie q̃ ſe ancil/
lã dñi nũcupauit? ſed ſacro tacta ſpũ q̃ futura
ſit pſciuit. BEDA. Decebat eni vt ſicut p
ſupbiã primi parẽtis mors i mũdũ itrauit ita
per humilitatẽ marie vite itroit⁹ videretur.
THE. Et ideo dicit: O ẽs generationes. ñ
ſolum heliſabeth: ſed ẽt oẽs credẽtiũ natoẽs.

**Quia fecit mihi magna qui potẽs
eſt ⁊ ſanctum nomen eius.**

THEO. Oſtendit virgo non per ſuã vir
tutem ſe beatam predicandam: ſed cãm aſſi/
gnat dicens: Quia fe. mi. ma. q po. ẽ. Que
tibi magna fecit? Credo vt creatura ederes
creatorem: famula dñm generares: vt per te
mundum deus redimere: per te illuminaret:
per te ad vitam reuocaret. TITVS: Quo
modo vero magna niſi q manẽs illibata con
cpio ſuperans nutu dei naturam? Digna
reputata ſum viro non quomodocũqꝫ geni/
trix effici: ſꝫ vnigeniti ſaluatoris. BEDA:
Reſpicit autẽ hoc ad initiũ carminis vbi di/
ctum ẽ: Magnificat anima mea dñm. Sola
eni aĩa illa cui dñs magna facere dignatur di
gnis eũ pcõijs magnificare põt. TITVS:
Dicit aũt: Qui põt eſt. vt ſiqs diffidat in con
ceptionis negocio: dum virgo manens con/
cepit, retorqueat miraculum ad potentiã ope/
rantis. Nec quia vnigenitus acceſſit ad femi
nam: ex hoc inquinatur: quia ſanctum eſt no/
men eius. BASI. Sanctum vero dicit no/
men dei: non quia in ſyllabis quandaꝫ ſigni
ficatiuam virtutem cõtineat: ſed quia quomo
dolibet dei ſpeculatio ſãcta dignoſcitur ⁊ ſyn
cera. BEDA: Sigularis enim potẽtie cul/
mine tranſcendit omnem creaturaꝫ: ⁊ ab vni
uerſis que fecit lege ſegregatur: quod greca
locutione melius intelligitur. In quo ipſum
verbum quod dicit agion: quaſi extra terram
eſſe ſignificat.

**Et miſericordia eius a progenie in
progenies: timentibus eum.**

BEDA: A ſpecialibus ſe donis ad gene/
ralia dei iudicia cõuertẽs: totius humani ge/
neris ſtatũ deſcribit ſubdens: ⁊ miſericordia
eius a proge. in ꝓge. timẽ. eum. q. d. Nõ ſo
lum mihi fecit magna qui potens eſt: ſed ⁊ in
omni gente qui timet deum acceptus eſt illi.
ORIG. Miſericordia enim dei vt dicit
auguſ. nõ in vna generatione ſed in ſempi/
ternum extenditur a generatione in genera/
tionem. GRECVS: Et miſericordia ei⁹
quam habet in generatione generationũ: ego
concipio: ac ipſe corpori animato cõiũgit: no
ſtram tractans ſalutẽ ſolius intuitu pietatis.
Miſeretur aũt non qualitercũqꝫ: ſꝫ his quos
timor eius compeſcuit in qualibet natiõe. vn
de dicitur: Timentibus eum. qui. ſ. peniten/
tia ducti: ⁊ ad fidem ⁊ penitentiam conuertũ/
tur. nam qui obſtinati ſunt: incredulitatis vi/
tio clauſerunt ſibi ianuam pietatis. THE.
Vel per hoc innuit q timentes miſericordiã
conſequentur in generatione iſta. i. in preſen
ti ſclo: ⁊ futurã. i. i ſclo futuro. In h ſeculo cẽ
tuplũ accipiẽtes: in illo vero multo maiora.

**Fecit potentiam in brachio ſuo: di
ſperſit ſuperbos mente cordis ſui.**

BEDA: Humani generis ſtatum deſcri/
bens: quid ſuperbi ⁊ quid humiles mereant
oſtendit dicens: Fecit poten. in bra. ſuo. i. in
ipſo dei filio. ſicut eni tuũ brachium ẽ q̃ opera
ris: ſic brachium dei dictum eſt eius verbuꝫ:
per quod operatus eſt mundum. ORI/
GE. Timentibus autem ſe fecit potentiã in

brachio ſuo: qꝛ licet infirm⁹ ad deū acceſſeris: ſi timueris eum promiſſam virtutem conſequeris. THEO. In brachio ſuo. ſ. eius filio incarnato potentiam fecit: qꝛ natura deuicta eſt virgine pariente: ⁊ deo humanato.

GRECVS: Vel dicit: Fecit pro faciet potentiam: non vt dudum per moyſen cōtra egyptios: nec per angeluꝫ: puta quando multa milia rebellium proſtrauit aſſyriorum. nec quoqꝫ alio mediāte niſi in proprio brachio triumphum docuit intelligibiles hoſtes ſuperādo. vnde ſequitur: Diſperſit ſuper. men. cordis ſui. ſ. quālibet mentem elatam non parentem eius aduentui: quinetiaꝫ aperuit ⁊ vitioſas oſtendit ſuperbas cogitationes eoruꝫ.

CYRIL. Magis auteꝫ proprie de demonuꝫ hoſtili caterua intelligenda ſunt hic: hos enim ſeuientes in terra diſſipauit adueniens dominus ⁊ compeditos ab eis obediētie ſue reſtituit. THEO. Poteſt hoc etiam de iudeis intelligi: quos in omneꝫ diſperſit regionem: ſicut nunc diſperſi ſunt.

¶ Depoſuit potentes de ſede: ⁊ exaltauit humiles.

BEDA: Quod dixit: Fecit potentiaꝫ i brachio ſuo: ⁊ quod premiſerat: Et miſericordia eius a proge. in proge. his verſiculis ꝑ ſingula ꝯtinuata eſt annectendum: qꝛ. ſ. per omnes ſeculi generatiōes ⁊ perire ſuperbi ⁊ humiles exaltari: pia iuſtaqꝫ diuine potentie diſpenſatione nō ceſſant. vnde dicitur: Depo. po. de ſe. ⁊ exaltauit humiles. CYRIL. Magna ſapiebant demones ⁊ diabolus: gētilium ſapientes: phariſei ⁊ ſcribe: hos tamē depoſuit: erexitqꝫ humiliantes ſe ſub potenti manu dei: dans illis virtutem calcandi ſerpētes ⁊ ſcorpiones: omnēqꝫ poteſtateꝫ inimici. Erant ⁊ quandoqꝫ iudei poteſtate ſuperbi: ſꝫ proſtrauit hos incredulitas: ex gentibus autē ignobiles ⁊ humiles per fidem ad apicem cōſcenderunt. GRECVS: Deitatis. n. tribunal noſter intellectus eſſe cognoſcitur: ſed iniquę virtutes poſt tranſgreſſionē incubuerunt precordijs ꝓtoplaſti tanqꝫ i ꝓprio ſolio. Ob h̄ ergo venit dn̄s: ⁊ ſpiritus iniquos eiecit a ſedibus voluntatū: ⁊ ꝓſtratos a demonijs exaltauit: eoruꝫ conſcientias purgās ⁊ eoꝝ mentem ſtatuens propriam ſedem.

¶ Eſurientes impleuit bonis: ⁊ diuites dimiſit inanes.

GLO. Qꝛ humana ꝓſperitas precipue in honoribus potentatuū ⁊ in abundantia diuitiaꝝ conſiſtere vr̄: poſt deiectionē potentium ⁊ exaltationē humiliū de diuitū examinatiōe ⁊ pauperū repletōne mentionē facit di. Eſu. ip. bo. ⁊ di. di. ina. BASI. ſup pſal. Diſponit qdē nos pn̄s v̄bū etiam quo ad ſenſibilia edocens reꝝ mundanaꝝ incertitudinē. Caduca ſiquidē ſunt h̄: ſicut vnda q̄ ab īpetu vētoꝝ hincinde diffundit. Intellectualr aūt ſumendo eſuriebat genus humanū exceptis iudeis: hos nanqꝫ ditauerat legis traditio ⁊ ſanctoꝝ dogmata ꝓphetaꝝ. Qꝛ vero non humiliter heſerunt verbo humanato dimiſſi ſunt inanes: nihil deferentes: nō fidē: non ſciam: ⁊ ſpe bonoꝝ priuati ſunt: ⁊ a terrena hieruſaleꝫ: ⁊ a vita futura excluſi. Quos vero de gētibus fames ⁊ ſitis contriuerat: cuꝫ heſiſſent dn̄o repleti ſunt ſpiritalib⁹ bonis. GLO. Qui ēt eterna toto ſtudio quaſi eſurientes deſiderant: ſaturabunt: cū xp̄s apparuerit i gloria: ſꝫ q terrenis gaudent in fine totius beatitudinis inanes dimittent.

¶ Suſcepit iſrael puerum ſuum: recordatus miſericordie ſue. Sicut locutus eſt ad patres noſtros abraam: ⁊ ſemini eius in ſecula.

GLO. Poſt generalē diuine pietatis ⁊ iuſticie commemorationē ad ſingularē noue incarnationis diſpenſationē ꝯuertit v̄ba dicens: Suſce. iſra. pu. ſuū. quaſi medic⁹ egrū: viſibilis īter hoīes fact⁹ vt faceret iſrael. i. videntē deū pueꝝ ſuū. BEDA: Obedientē. ſ. ⁊ humilē: nā q ꝯtēnit humiliari: non pōt ſaluari. BASI. Iſrael. n. dicit non materialē quem ſola nobilitabat appellatio: ſꝫ ſpiritalem q nomen fidei retinebat hn̄s oculos tendentes ad deū videndū ꝑ fidē. Pōt ēt ad iſrael carnalē hoc adaptari: cum ex eo infiniti crediderunt. Hoc aūt fecit recordat⁹ miſericordie ſue. hoc. n. īpleuit qd̓ abrae ꝓmiſit di. Qm̄ benedicentur in ſemine tuo oēs cognatōnes terre. Memor ergo ꝓmiſſiōis dei genitrix recordata dicebat: Sicut locu. ē ad pa. no. abra. ⁊ ſe. eius i ſecula. Nā ⁊ abrae dcm̄ ē: Statuā pactū meum īter me ⁊ te: ⁊ īter ſemē tuū poſt te i generationib⁹ ſuis federe ſempiterno vt ſim deus tuus ⁊ ſeminis tui poſt te. BEDA: Semi

autē dicit nō tā carne progenitus q̄ꝫ fidei ei⁹
veſtigia ſecutus: quibus aduentus ſaluatoris
in ſecula promiſſus eſt. GLO. Quia ipſa
ꝓmiſſio hereditatis nullo fine claudet: ⁊ vſqꝫ
in finem ſeculi credentes non deerūt: ⁊ beati/
tudinis gloria erit perennis.

¶ Manſit autem maria cuꝫ illa quaſi menſibus tribus: ⁊ reuerſa eſt in do/
mum ſuam.

AMB. Tādiu manſit maria: q̄ꝫdiu heliſa/
beth pariēdi tēpus ipleret. vnde dicit: Man
ſit au. ma. cum illa qua. mē. tri. THEO.
In ſexto. n. menſe cōceptiōis ꝓcurſoris ve/
nit angelus ad mariam que māſit cum heliſa
beth menſibus tribus ⁊ ſic nouē mēſes iplē/
tur. AMB. Non aūt ſola familiaritas eſt cā
q̄ diu manſit: ſed etiam tanti nati ꝑfectio. naꝫ
ſi primo igreſſu tāt⁹ ꝓgreſſus extitit vt ad ſa/
lutationē marie exultaret iſans i vtero: reple
retur ſpiritu ſancto mater iſantis q̄ꝫtū putam⁹
vſu tanti temporis ſancte marie addidiſſe pre
ſentiam? Bene ergo inducitur exhibuiſſe of/
ficium: ⁊ myſticū numerum cuſtodiſſe. BE/
DA: Anima. n. caſta que ſpiritalis verbi de/
ſideriū cōcipit: neceſſe eſt vt alta celeſtis exer/
citus iuga ſubeat: ⁊ quaſi trium menſium di/
es ibidē demorata: quouſqꝫ fidei ⁊ ſpei ⁊ cha
ritatis luce radiet: perſeuerare non deſiſtat.

THEO. Quando vero heliſabeth paritu/
ra erat virgo receſſit. vnde ſequitur: Et re. ē
i do. ſuā. ſ. propter multitudinem que ad par
tum cōgregari debebat. incōueniēs autē erat
n talibus virginem eſſe preſentem. GRE
CUS: Mos. n. eſt virginibus cedere: quo
tiens pregnans parit. Vt aūt propriā appli/
cuit domū: alio quidem nullatenus abijt. ibi
vero manebat vlterius donec adeſſe partus
horam cognouit: ibiqꝫ ioſeph dubitans ab an
gelo edocetur.

¶ Sabbato: Luce. iij. capi.

ANno quintodecimo im/
perij tyberij ceſaris procu
rante pontio pilato iude
am: tetrarcha autem gali/
lee herode: philippo autem fratre eius
tetrarcha ituree: ⁊ traconiditis regio
nis: ⁊ lyſania abiline tetrarcha: ſub pri/
cipibus ſacerdotum anna ⁊ caypha: fa/
ctum eſt verbum domini ſuper ioannē
zacharie filium in deſerto.

GRE. in homi. Redēptoris ꝓcurſor q̄ tpe
verbū ꝑdicatiōis accepit: memorato romane
reipu. ꝑncipe ⁊ iudee regib⁹ deſignat cū dr.
Anno q̄ntodecimo iperij tyberij ceſaris. qa
eni illū ꝑdicare veniebat q ex iudea quoſdā ⁊
multos ex gētib⁹ redēpturus erat: ꝑ regē gē/
tiū ⁊ pricipes iudeorū ꝑdicatiōis ei⁹ tēpora de
ſignant. Qꝛ āt gentilitas colligenda erat i ro
mana republica: vnus prefuiſſe deſcribit cū
dr: Imperij tyberij ceſaris. GRECUS:
Mortuo. n. auguſto monarcha a q̄ romani
ꝑncipes nomē auguſti adepti ſūt: tyberi⁹ poſt
illū ad iura monarchie ſuccedēs. xv. ānū ſu/
ſcepti ꝑncipatus agebat. ORI. Et i ꝓphe/
tico q̄dē ſmone ſolis iudeis ꝑdicato: ſolū iu/
deorū regnū deſcribit. Viſio iquit Eſaie in
dieb⁹ ozie ioathan ⁊ achaz regū iuda. at i euā/
gelio qđ erat ꝑdicādū vniuerſo mūdo dñium
deſcribit tyberij ceſaris: qui totus orbis dñs
videbat. verū ſi ſolum hi q ſūt de gentib⁹ eſ/
ſēt ſaluādi ſatis erat ſolius tyberij facere mē
tionē. Sed qꝛ oportebat ⁊ iudeos credere: ob
hoc ēt iudeorū regna deſcribūt: ſeu tetrarchie
cū ſubdit: Procurante pōtio pilato iudeam:
tetrarcha aūt galilee herode: philippo āt fra/
tre ei⁹ tetrarcha iturce ⁊ traconitidis regiōis:
⁊ lyſania abiline tetrarcha. GRE. i homi.
Quia. n. iudea erat ꝓ culpa ꝑfidie diſpergē/
da: i iudee regno ꝑ ptē ⁊ ptē plurimi ꝑncipa
bant: ſm illud: Oē regnū i ſeipſuꝫ diuiſum
deſolabitur. BEDA: Pilatus q̄dem. xij.
āno tyberij ceſaris i iudeā miſſus ꝓcuratio/
nē gētis ſuſcepit: atqꝫ ibi per decē cōtinuos
ānos vſqꝫ ad ipſum pene finē tyberij ꝑdura
uit. Herodes āt ⁊ philippus ⁊ lyſanias filij
ſunt herodis illius: ſub quo dñs natus ē: in/
ter quos ⁊ ipſe herodes archelaus frater eoꝝ
decē ānis regnauit: q a iudeis apud auguſtuꝫ
criminatus: apđ viēnā exilio perijt. Regnū
aūt iudee quo minus validū fieret idē augu/
ſtus ꝑ tetrarchias diuidere curauit. GRE.
in ho. Et quia ioannes illū predicauit: qui ſi/
mul rex ⁊ ſacerdos exiſteret: lucas euangeli/

ſta predicationis eius tpa nõ ſolũ p regnum:
ſed ẽt p ſacerdotiũ deſignauit. vnde ſubdiꝶ:
Sub prici. ſacer. anna ꝛ caypha. BEDA:
Ambo quidẽ incipiẽte predicatiõe ioãnis .i.
annas ꝛ cayphas pncipes fuere ſacerdotiꝫ:
ſed annas illum annum: cayphas vero cum
quo crucem dñs aſcẽdit adminiſtrabat trib⁹
alijs in medio pontificatu pfunctis: veruꝫ hi
maxime qui ad dñi paſſionẽ ptinẽt: ab euan/
geliſta cõmemorantur. Legalibus nãqꝫ tunc
pceptis vi ꝛ ambitione ceſſantibus: nulli põ/
tificatus honor vite vel generis merito redde
batur: ſed romana ptãte ſũma ſacerdotij pſta
batur. Joſephus enim refert ꝙ valeri⁹ grac/
chus anna a ſacerdotio deturbato iſmahelem
põtificem deſignauit filium baphi: ſꝫ ẽt hunc
nõ multo poſt abijciẽs: eleazarũ ananie pon/
tificis filiũ ſurrogauit. poſt ãnũ ꝟo ꝛ hũc ar/
cet officio ꝛ ſimoni cuidaꝫ caphi filio põtifica
tus tradidit miniſteriuꝫ: quo nõ amplius ipſe
q̃ꝫ vnius anni ſpatio perfunct⁹ ioſephũ cui ꝛ
cayphas nomen fuit ita accepit ſucceſſorẽ: per
h oẽ tps q̃ dñs nr̃ docuiſſe deſcribiꝶ: itra qua
driennij ſpatia coartaꝶ. AMB. Cõgregatu
rus aũt eccl'iam dei filius añ opaꝶ in ſeruulo.
Et iõ bene diciꝶ: Factũ ẽ verbum dñi ſuper
ioannẽ zacharie filiũ: vt eccl'ia nõ ab hoĩe ce/
pit ſed a verbo. Bñ aũt lucas cõpẽdio vſus
ẽ: vt ioãnẽ declararet pphetã di. Factũ ẽ ſup
eũ verbũ dei: alia nõ adderet. nullus .n. eget
iudicio ſui q ꝟbo dei abũdat: vnum itaqꝫ di/
cẽs: oĩa declarauit. At ꝟo mathe⁹ ꝛ marcus
ꝛ veſtitu ꝛ cinctu ꝛ cibo pphetã declarare vo
luerunt. CHRY. Verbũ aũt dei hic man
datũ eẽ dr̃: q2 non a ſe venit zacharie fili⁹ ſed
deo ipſum mouente. THEO. Per totum
aũt tẽpus preteritũ vſqꝫ ad ſui oñſionẽ occul
tus fuit in deſerto. ꝛ h ẽ qð ſubdiꝶ: Jn deſer
to. vt nulla ſuſpitio naſcaꝶ hoĩbus vt gratia
affinitatis ad chriſtũ vel cõuerſationis a tene/
ris ãnis: talia de ipſo teſtareꝶ. vnde ipſe teſti
ficãs dicebat. Ego neſciebã illũ. GRE. ni/
ſenus: Simul etiã q in ſpũ ꝛ ꝟtute helie hãc
vitam ingreſſus ẽ: amotus a cõuerſatiõe hu/
mana inuiſibilium ſpeculationi vacãs: ne hu
iuſmodi fallacijs q̃ p ſẽſus ingerũꝶ aſſuetus:
q̃ndã cõfuſionẽ ac errorẽ incurreret erga vi/
ri boni diſcretionẽ. Et iõ ad tãtã diuinarum
gratiarũ eleuatus ẽ apicẽ: vt pluſq̃ꝫ pphetis
ſibi gr̃a infũdereꝶ q2 mũdũ ꝛ expſ cuiuſlibet
naturalis paſſionis deſiderii ſuuꝫ a pncipio
vſqꝫ ad finẽ diuinis aſpectib⁹ obtulit. AM.
Deſertũ ẽt ẽ ipſa eccleſia: q2 plures filij de/
ſerte magis q̃ꝫ ei⁹ q̃ hꝫ virum. Factum ẽ er/
go verbum domini vt que erat ante deſerta:
fructum nobis terra generaret.

¶ Et venit in omnem regionem ior
danis predicans baptiſmum pnĩe in re/
miſſionem peccatorum: ſicut ſcriptum
eſt in libro ſermonum iſaie prophete:
Vox clamantis in deſerto: parate viã
domini: rectas facite ſemitas eius. Ois
vallis implebitur: ꝛ omnis mons ꝛ col
lis humiliabitur. Et erunt praua in di
recta ꝛ aſpera in vias planas: ꝛ videbit
omnis caro ſalutare dei.

AMBRO. Factuꝫ ꝟbum vox ſecuta ẽ.
Verbũ .n. pus itus opaꝶ: ſeqtur: nobis offic
um. vñ dr̃: Et ve. i oẽm regionẽ iordanis.
ORI. Jordanis idẽ ẽ qð deſcẽdẽs: deſcen
dit .n. dei fluui⁹ aq̃ ſalubris. Que ãt loca dece
bat p ãbulare baptiſta: niſi iordani circũadia/
cẽtia: vt ſiquẽ penitere cõtigeret ptin⁹ occur/
reret fluẽti humilitas ad recipiẽdum pnĩe ba
ptiſmũ. Subdiꝶ .n. pdi. bapti. peni. i remiſ/
ſio. pcõꝝ. GRE. i ho. Cũctis legẽtib⁹ liqt:
q2 ioãnes baptiſmũ pnĩe ñ ſolũ pdicauit: veꝝ
ẽt qbuſdã dedit: tñ baptiſmũ ſuũ i remiſſiõeꝫ
pcõꝝ dare ñ potuit. CHRY. ſup ioãneꝫ:
Cũ .n. nõdũ oblata eẽt hoſtia nec deſcẽdiſſet
ſpũs: qualiter erat fienda remiſſio? Quid eſt
ergo qð lucas dicit: Jn remiſſionem pcõꝝ?
Erãt ſiquidẽ iudei ignari: nec culpas pprias
ppẽdebãt. Qm̃ igiꝶ hec erat cã maloꝝ vt pec
cata agnoſcerẽt ad redẽptorẽ q̃rẽdũ: venit io
annes hortãs illos pniam agere: vt p pniam
affecti meliores atqꝫ cõtriti ad recipiẽdã veni
am ſatagãt. Apte ḡ cũ dixiſſet: ꝙ venit predi
cãs baptiſmũ pnĩe i remiſſionẽ pctõꝝ .q. d.
Jcirco ſuadebat illis penitere: vt ſubſequẽte
veniã facil⁹ ipetrarẽt: credẽtes i chriſtũ. nam
niſi pnĩa ducereꝶ: nequaq̃ꝫ expoſcerẽt grãꝫ:
vñ baptiſma illud nullã aliã hꝫ cãm: niſi q p
paratoriũ erat ad fidẽ xpi. GRE. i ho. Dr̃
ioãnes dr̃ predicãs baptiſmũ pnĩe i remiſſio
nẽ pcõrum: qm̃ baptiſmũ qð pctã ſolueret: q2
dare nõ poterat pdicabat: vt ſicut incarnatum
ꝟbũ patris precurrebat verbo predicatiõis:

ita baptiſmū pnie quo pctā ſoluunt: precur/
reret ſuo baptiſmate q̄ pctā ſolui non poſſūt.
AMB. Et iō pleriq; ſcō ioāni typū legis i/
ponūt: eo q̄ lex pctm̄ denūciare potuit: dona/
re nō potuit. GRE. nazāzen⁹: Et vt aliqua
ten⁹ de baptiſmatū differētia diſſeram⁹ bapti/
zauit moyſes: ſed i aqua nube ⁊ mari: h̄ āt fi/
guraliter agebat. Baptizauit quoq; ioannes
nō vtiq; ritu iudeoꝝ. nō ſolū i aqua: ſed etiā
i remiſſionē pctoꝝ: nō tn̄ oīno ſpiritaliter: ne
q; .n. addit i ſpū. Baptizat ieſus: ſed i ſpū: ⁊
hic ē pfectio. Eſt quoq; quartū baptiſma: qd̄
fit p martyriū ⁊ ſāguinē: quo etiā ipſe chriſt⁹
ē baptizatus: qd̄ ceteris ē venerabili⁹ nimis
eatenus quaten⁹ iteratis cōtagijs nō fedatur.
Eſt ēt qntū ex lachrymis: laborioſi⁹ tn̄ iuxta
qd̄ quidē ſingulis noctib⁹ ſuū rigāt cubile et
ſtratū i lachrymis. Seqt: Sicut ſcriptū eſt in
libro Eſaie ,pphete: Vox clamātis i deſerto.
AMB. Bn̄ vox dr̄ ioannes verbi prenun
cius: q: vox precedit iferior: verbū ſeqtur qd̄
precellit. GRE. Qui etiā i deſerto clamat:
q: derelicte ac deſtitute iudee ſolatiū redēptio
nis ānūciat. Quid aūt clamaret apit: cū dr̄:
Parate viā dn̄i: rectas facite ſemitas eius.
Ois. n. q fidē rectā ⁊ bona opa predicat: qd
aliud q̄ venīēti dn̄o ad corda audiētiū viam
parat: vt rectas deo ſemitas faciat: dū mūdas
i aīo cogitatiōes p ſmonē bone predicationis
format. ORI. Vel i corde nr̄o via preparā
da ē dn̄o magnū. n. ē cor hoīs ⁊ ſpatioſū: ſi ta
mē fuerit mūdū: neq; i corporis quātitate: ſed
i virtute ſenſuū magnitudinē ei⁹ itellige: que
tātā ſciā capiat veritatis. Prepara ḡ i tuo cor
de viā dn̄o p cōuerſationē bonā: ⁊ egregijs
vel pfectis opib⁹ dirige ſemitā vite: vt i te ſer
mo dei abſq; offēſa pambulet. BASI. Et
q: ſemita ē via quā precedētes calcauerant: et
quā poſtea hoīes corrūperūt eā iterato dirige/
re iubet ſmo illis q a precedētiū zelo recedūt.
CHRY. Clamare aūt: Parate viā dn̄i: n̄
regis erat ſed precurſoris officium. Et iō eū
vocauerat vocē: q: verbi erat pcurſor. CY/
RIL. Sed quaſi qs rn̄deret ⁊ diceret: Qua
liter viā preparabim⁹ dn̄o: vel qualiter ei⁹ ſe/
mitas rectas faciemus: cū plura ſint ipedimē
ta honeſtā vitā volētibus ducere: Ad hoc ,p/
pheticus ſermo reſpondet. Sūt. n. vie que/
dam ⁊ ſemite nequaq̄ ad eūdū habiles: adeo
vt alicubi ad tumulos ⁊ iuga tollāt: alicubi de

cliues ſint. ⁊ ad hoc remouendum dicit: O ís
val. imple. ⁊ om. mons ⁊ col. humiliabitur.
Quedam viarum inequaliter diſpoſite ſunt:
⁊ dum nunc ſurſum erigunt: nunc vergunt
deorſum: valde ſunt ad eundum difficiles et
q̄tum ad h̄ ſubdit: Et erunt praua in directa:
⁊ aſpera in vias planas. Hoc autem intelli/
gitur actum eſſe: per noſtri ſaluatoris poten/
tiam. quondam. n. euangelice conuerſationis
⁊ vite iter erat ad eundum difficile: ex eo q̄ et
mentes ſingulorum mūdane voluptates op/
preſſerant: vt autem deus factus homo pecca
tum dānauit in carne explanata ſunt omnia:
⁊ reddita ſunt ad eundum facilia: ⁊ nec collis
nec vallis proficere volētib⁹ obuiat. ORI.
Quando enim venit ieſus ⁊ ſpiritum ſuum
miſit: omnis vallis repleta eſt operibus bo/
nis ⁊ fructibus ſpiritusſancti: quos ſi habue/
ris non ſolum vallis eſſe deſiſtis: ſed etiam
mōs dei eſſe incipies. GRE. niſen⁹: Vel
quietam in virtutibus conuerſationem ſigni
ficat per conualles: ſm illud pſalmi. Valles
abundabunt frumento. CHRY. Elatos
autem ſuperbos nomine montis denunciat:
quos chriſtus humiliauit. Colles autem de/
ſperatos appellat non ſolum ob ſuperbiā mē
tis ſue: ſed propter deſperationis ſterilitatē:
collis enī nullos fructus producit. ORI.
Vel intelligas quoniam montes ⁊ colles qui
ſunt aduerſarie poteſtates: per aduentū chri
ſti ,pſtrati ſunt. BASI. Sicut autem colles
reſpectu montium magnitudine differunt in
alijs ſunt idem: ſic ⁊ aduerſe ptātes ,ppoſito q
dem conformes ſunt: īmanitate tn̄ offenſionū
ſecernūtur. GREGO. in homi. Vel val
lis impleta creſcit: mons autē ⁊ collis humi/
liatus decreſcit: quia in fide chriſti ⁊ gentili/
tas plenitudinē gratie accepit: ⁊ iudea p hor/
rorem perfidie h̄ vn̄ timebat perdidit. Humi
les enim donum accipiunt quod a ſe corda ſu
perbientium repellunt. CHRYSO/
STOMVS. Vel per h̄ declarat legis dif
ficultatem in fidei facilitatem conuerſam: ac
ſi dicat: non vlterius ſudores ⁊ dolores im/
minent: ſed gratia ⁊ remiſſio peccatorum fa/
cilem viam pariunt ad ſalutem. GRE/
GORIVS. niſenus: Vel iubet valles
impleri: deijci vero colles ⁊ montes: vo/
lēs oſtendere q̄ nec ob defectum virtutis or/
do fit concauus: nec diſcrepet ob exceſſum.

GREGO. in ho. Praua aũt directa fiũt: cũ malorum corda per iniuſticiam detorta ad iuſticie regulam diriguntur. Aſpera autem i vias planas imutantur: cum imites atq₃ iracunde mentes per infuſionem ſuperne gratie ad lenitatem manſuetudinis redeunt. CHRY. Deinde horum ſubijcit cauſam dicens: Et vide. om. ca. ſalu. dei. oſtendens qui vſq₃ ad fines mundi diffundetur euangelij virtus: atq₃ cognitio ex more ferino ꝛ obſtinata voluntate: ad manſuetudinem ꝛ lenitatem humanum genus conuertens. Non aũt ſolum iudei ꝛ proſeluti: imo tota humana natura ſalutarẽ dei videbit. CHRY. i. patris qui filium miſit vt noſtrum ſaluatorez. Caro autem ad preſens accipitur pro toto homine. GREGO. in ho. vel aliter: Omnis caro .i. omnis homo ſalutare dei videlicet chriſtuz in hac vita videre non potuit propheta ergo oculum ad extremum iudicij diez tendit: quãdo hunc oẽs ꝛ electi ꝛ reprobi pariẽ videbũt.

## Dominica. iiij. Joannis. i. cap.

Miſerunt iudei ab hieroſolymis ſacerdotes ꝛ leuitas ad ioannem vt interrogarẽt euz: Tu quis es? Et confeſſus eſt: ꝛ non negauit ꝛ confeſſus eſt qꝛ non ſum ego chriſtus. Et interrogauerunt eum. Quid ergo? Helias es tu. Et dixit: Non Propheta es tu? Et reſpondit: Nõ. Dixerunt ergo ei: Quis es vt reſpõſuz demus his q miſerunt nos? Quid dicis de te ipſo? Ait: Ego vox clamantis in deſerto dirigite viam domini: ſicut dixit iſaias propheta.

ORIGE. Iudei qdẽ ab hieroſolymis vt cognati exiſtẽtes baptiſte de ſtirpe ſacerdotali exiſtẽtis: ſacerdotes ꝛ leuitas deſtinãt: ſciſcitaturos qs eſſet ioannes: eos. ſ. q reputati ſunt ſm electõnẽ ab alijs differre ꝛ ab electo hieroſolymoꝝ loco. Joãnẽ itaq₃ q̃rũt cũ tãta veneratiõe: erga xp̃m aũt nihil huiuſmodi factũ legiẽ a iudeis: ſ₃ qꝺ erga ioãnẽ iudei: hoc ioannes erga xp̃m ꝓſequiẽ: ꝑ ꝓprios diſcipulos interrogans: Tu es q venturus es an aliũ expectamus. CHRY. Sic aũt fide dignum eſtimauerunt eſſe ioannem vt ei de ſeipſo dicenti crederẽt. vnde dicitur: Vt interrogarẽt eum: Tu quis es. AVGV. Nõ aũt mitterent niſi mouerent excellẽtia auctoritatis eiꝰ: qꝛ auſus ẽ baptizare. ORI. Joãnes aũt vt videẽ diſcernebat ex qõne ſacerdotũ ꝛ leuitaꝝ dubitationẽ: ne forte xp̃s eſſet baptizans: apertius tñ illud ꝯfiteri cauebant ne temerarij putarenẽ. Quapropter merito vt eorum opinio fallax de eo ꝑnitus aboleretur: ac ſubinde veritas propalaretur q᷑ non ſit chriſtus ante oĩa manifeſtat. vnde ſequitur. Et confeſſus eſt ꝛ non negauit: ꝛ confeſſus eſt: qꝛ non ſum ego chriſtus. Hic ẽt adijciamus: qꝛ tẽpus aduentus chriſti populum recreabat quodammodo iaz preſens exiſtens legiſperitis ex ſacris ſcripturis illius tẽpus ſperatuz colligentibꝰ: ꝓp qꝺ theodas non modicam multitudinẽ quaſi chriſtus congregauit: ꝛ poſt illũ iudas galileꝰ in diebꝰ ꝓfeſſionis. Cũ ergo ſeruẽtius chriſti expectaretur aduentus: iudei tranſmittunt ad ioãnem ꝑ hoc qꝺ eſt: Tu quis es. conijcere volẽtes ſi ipſe ſe chriſtũ fateretur. Nõ aũt ex eo q᷑ dicit: Non ſuz ego chriſtus: negauit. ex hoc. n. ipſo confeſſus eſt veritatẽ. GREGO. Negauit plane qꝺ non erat: ſ₃ non negauit qꝺ erat vt veritatẽ loquens: eius membrũ fieret: cuius ſibi nomẽ fallaciter nõ vſurparet. CHRY. Vel aliter: Paſſi erant iudei quandã humanã paſſionẽ ad ioãnem. Indignum. n. eſtimabant ſubijci euz chriſto ꝓp multa que ioãnis claritatem demonſtrabant: quoꝝ primuz erat genus illuſtre: Principis enim ſacerdotuz filius erat: deinde dura educatio: humanoꝝ deſpectio. In chriſto aũt contrariũ videbatur genus humile: qꝺ ei exprobrabant dicentes: Nonne hic eſt fabri filius dicta cõis ꝛ veſtimenta: nihil plus multis habentia: qꝛ igitur ioãnes continue ad chriſtum mittebat volentes magis ioãnem habere magiſtrũ mittunt ad eũ opinantes per blandicias eũ allicere ad confitendum ſe chriſtuz eſſe. non ergo quoſdam contemptibiles mittunt: vt ad chriſtum miniſtros ꝛ herodianos ſ₃ ſacerdotes ꝛ leuitas: ꝛ non quoſcunq₃: ſed eos qui erant ex hieroſolymis: hoc eſt honorabiliores. Et ad hoc mittunt: vt interrogarent.

Tu quis es? non quaſi ignorantes: ſed volē
tes eum inducere ad hoc qđ dixi: vnde ioan/
nes ad mentem ⁊ non ad interrogationē eius
reſpondit. Et confeſſus eſt ⁊ non negauit: ⁊
confeſſus eſt: qꝛ non ſum ego chriſtus. Et vi
de ſapientiam euangeliſte. tertio quaſi idē di/
cit: ⁊ virtutem baptiſte indicans: ⁊ maliciam
⁊ amentiam iudeorum. Deuoti enim famuli
eſt non ſolum non rapere gloriaꝫ domini: ſꝫ
oblatā a multis reſpuere. Turbe eni ex igno
rantia ad hanc venerunt ſuſpitionem: vt ioā
neꝫ chriſtū eſtimarent. hi vero a maligna mē
te ex qua interrogabant eū: eſtimantes ꝑ blā/
ditias attrahere ad hoc qđ volebant: niſi eniꝫ
excogitaſſent hoc reſpondenti: Non ſuꝫ ego
chriſtus. dixiſſent. Non hoc ſuſpicati ſumꝰ:
non hoc venimus interrogaturi: ſꝫ capti ⁊ ma
nifeſti effecti ad aliud veniunt. vnde ſequit̄:
Et interrogauerunt eum. Quid ergo? helias
es tu. AVGV. Nouerant enim q̄ preceſ
ſurus erat helias chriſtū. nō enim alicui igno
tum erat nomen chriſti apud hebreos ſꝫ non
putabant illū eſſe chriſtū nec tn̄ oīno putaue/
runt chriſtū non eſſe venturꝫ: ⁊ cū ſperarent fu
turꝫ: offenderunt in pn̄tē. Sequit̄: Et dixit n̄
ſum. GREGO. in ho. Ex his verbis no
bis queſtio valde implexa generat̄. Alio qp/
pe in loco inq̄ſitꝰ a diſcipulis dn̄s de helie ad
uentu rn̄dit: Si vultis ſcire: ioānes ipſe ē he
lias. Requiſitus aūt ioānes dicit: Non ſum
helias. Quō ergo ꝓpheta veritatis ē: ſi euſ/
dē veritatis ſermonibꝰ ꝯcors nō ē. ORI.
Dicit aūt aliquis q̄ ſe ignorabat ioānes eſſe
heliā: ⁊ hoc nimirꝫ vtentur: q aſſiſtunt iterate
incorporationis rōni tanq̄ꝫ aīa denuo induē
te corpora. Querunt enim iudei ꝑ leuitas ac
ſacerdotes an eſſet helias cuꝫ iterate corporis
aſſumptionis documentū verax arbitrantur
quaſi paternū exiſtens: nec alienū ab archano
rū ſuorꝫ doctrina: ob hoc itaq̄ꝫ dicit ioannes:
Helias non ſum. nā neſcit primeuā vitaꝫ ꝓ
priam: qualiter aūt videtur rōnabile ſi tanq̄ꝫ
ꝓpheta ſpiritu illuminatus ē: ⁊ de deo ⁊ vni
genito tanta narrauit: ignoraſſe de ſeipſo an
vnq̄ꝫ eius anima fuerit in helia? GRE/
GO. in ho. Sed ſi ſubtiliter veritas ipſa re
quiratur hoc quidem quod inter ſe contrariū
ſonuit: quomodo contrarium non ſit inueni/
tur. Ad zachariam nanq̄ꝫ de ioanne angelus
dixit: Ipſe precedet ante illuꝫ in ſpiritu ⁊ vir
tute helie: qꝛ. ſ. ſicut helias ſm̄ domini aduen
tum preueniet: ita ioannes preuenit primuꝫ.
Sicut ille precurſor venturus eſt iudicis: ita
iſte precurſor facturus eſt redemptoris. Joan
nes igitur in ſpiritu helias erat: ī perſona he
lias non erat. Quod autem dominus fatetur
de ſpiritu hoc ioānes denegat de perſona: qꝛ
⁊ iuſtum ſic erat vt diſcipulis dominus ſpiri
tualem de ioanne ſententiam diceret: ⁊ ioan/
nes turbis carnalibus nō de ſuo ſpiritu: ſed
de corpore reſponderet. ORI. Reſpondit
ergo leuitis ⁊ ſacerdotibus Non ſum. conie
ctans propoſitum queſtionis eorum. non eni
ſapiebat premiſſa examinatio ſi idem ſpiritus
eſſet in vtroq̄ꝫ ſed ſi ioannes eſſet ipſe helias
qui aſſumptus eſt: nunc apparens ſm̄ q̄ a iu
deis expectabatur abſq̄ꝫ natiuitate. Primus au/
tem arbitrans reſumptionem corporꝫ dicet:
q̄ inconſequens eſt filiuꝫ zacharie tanti ſacer
dotis in ſenio natum: ſuper omnem humanā
expectationem ignorari a ſacerdotibus ⁊ leui
tis ipſum natum fuiſſe: maxime luca teſtante
q̄ factus eſt timor in omnibus habitantibus
circa eos. Sed forſan qm̄ prope finem heliaꝫ
expectabant antichriſtum quaſi tropice ſciſcita
ri videntur: an es tu qui prenuncias chriſtum
venturum. ⁊ caute reſpondit: Non ſum. Sꝫ
⁊ nihil mirabile: ſicut in ſaluatore pluribꝰ ſci
entibus ex maria natiuitatem eius: quidā fal
lebantur putantes eum ioannem baptiſtam
vel heliam aut aliquem prophetarum: ſic ⁊ in
ioanne quoſdam ortus eius ex zacharia non
latebat: ⁊ quidam dubitabant: ſi forſan qui ex
pectabatur helias apparuit in ioanne. Quo/
niam vero cum plures in iſrael edite fuerint
prophete vnus de quo moyſes ꝓphetauerat
preſertim expectabatur. iuxta illud: Prophe
tam vobis ſuſcitabit deꝰ ex fratribus veſtris:
ſicut mihi illi parebitis. Tertio ſciſcitātur: nō
ſi foret propheta ſimpliciter: ſed cum articulo
in greco ponitur. vnde ſequitur: Propheta
es tu. Per ſingulos enim prophetas noue/
rat populus iſrael neminem eorum fore hūc
quem moyſes prophetauerat: qui ſicut moy/
ſes medius ſtaret inter deuꝫ ⁊ homines: ⁊ ac
cepto teſtamento a deo traderet diſcipulis.
Hoc autem illis nomen non chriſto attribuē
tibus: ſed arbitrantibus alium a chriſto ipſuꝫ
fore. Joannes ſciuit quoniam ⁊ chriſtus ille
propheta eſſet. vnde ſubditur: Et reſpondit:

non. AVGV. Vel q2 ioannes maior erat
q̄ꝫ propheta: quia prophete longe prenuncia/
uerunt: ioannes preſenté demonſtrabat. Se
quitur. Dixerunt ergo ei quis es. vt reſpon/
ſum demus his qui miſerunt nos: quid dicis
de teipſo. CHRY. Vides hic vehementi
us inſiſtentes τ interrogantes. Nunc autem
cuꝫ manſuetudine eas que non erant vere ſu
ſpitiones deſtruentem τ eam que eſt vera po
nentem. vnde ſequitur. Ait: Ego vox clamā
tis in deſerto. AVGV. Iſaias illud dixit:
In ioanne prophetia iſta cōpleta eſt. GRE
GO. Scitis autē ꝙ vnigenitus filius ver
bum patris vocatur. Ex ipſa autē noſtra lo
cutione cognoſcimus: quia prius vox ſonat
vt verbum poſſit audiri. Ioannes ergo vocē
ſe aſſerit eſſe: quia verbum precedit: τ per ei⁹
miniſterium: patris verbum ab hominibus
auditur. ORIGE. Ineleganter autem he
raclion de ioanne τ ꝓphetis conſiderans ait:
Qm̄ verbum quidem ſaluator eſt: vox autē
per ioannem intelligitur. Solus enim ſonus
eſt omnis gradus propheticus. Cui dicendū
ꝙ ſi non ſignificatiuam vocem dederit tuba:
nemo ſe accinget ad prelium. Si ergo nil ali/
ud q̄ꝫ ſonus ē vox prophetica: quomodo trāſ
mittit nos ad illam ſaluator? Scrutamini in/
quit ſcripturas. Dicit autem ioannes ſe eſſe
vocem non clamantem in deſerto: ſed clamā
tis in deſerto: eius. ſ. q ſtabat τ clamabat: Si
quis ſitit veniat ad me τ bibat. Clamat enim
vt diſtantes auditu percipiant τ grauem ha/
bentes auditum ſentiant immenſitatem eorū
que dicuntur. THEO. Vel quia veritatē
manifeſte annunciat: omnes enī qui in lege
erant obſcure loquebantur. GREGO.
Vel in deſerto ioannes clamat: q2 quaſi dere
licte ac deſtitute iudee: ſolatium redemptoris
annunciat. ORI. Opus autem vocis i de
ſerto clamantis eſt: vt anima deo deſtituta: ad
rectam faciendam viam domini reuocetur: ne
quaq̄ꝫ prauitatem ſerpentini greſſus ꝓſequē
do: ſꝫm contemplationem quidem ſublimatā
in veritate abſq̄ꝫ permixtione mendacij: τ ſꝫm
actionem poſt congruam ſpeculationem lici/
tum opus referentem. vnde ſequitur: Dirigi
te viam domini: ſicut dixit iſaias propheta.
GREGO. Via domini ad cor dirigitur:
cum veritatis ſermo humiliter auditur. Via
domini ad cor dirigitur cum ad preceptum vi
ta preparatur.
¶ Et qui miſſi fuerant erant ex pha/
riſeis. Et interrogauerunt eum: τ di/
xerunt ei: Quid ergo baptizas ſi tu nō
es chriſtus neq̄ꝫ helias: neq̄ꝫ propheta?
Reſpondit eis ioannes dicens: Ego
baptizo in aqua: medius autem veſtrū
ſtetit quem vos neſcitis. Ipſe eſt qui
poſt me venit qui ante me factus eſt: cu
ius ego non ſum dignus vt ſoluam ei⁹
corrigiam calciamenti. Hec in betha/
nia facta ſunt trans iordanem vbi erat
ioannes baptizans.
ORI. Facta miſſiōe verſus ſacerdotes τ le
uitas: denuo miſſum ē a phariſeis. vñ dr̄: Et
q miſſi fuerāt erāt ex phariſeis. Quātū enim
ex ipſo ſermone cōiecturari cōtingit dico tertiū
hoc eſſe teſtimoniū. vide tñ quō iuxta ſacerdo
talē τ leuiticā ꝑſonā ē cū māſuetudine ꝓlatū
illud: Tu q es? Nihil enim arrogans vel ꝓ/
teruū in eorū q̄ōne cōtinet: ſꝫ cūcta decentia ve
ros dei miniſtros. Sꝫ phariſei ſꝫm ſuū nomē
diuiſi τ iportuni ex diſcordia cōtumelioſas vo
ces pretendūt baptiſte. vñ ſequit: Et dixerūt
ei: Quid ergo baptizas? ſi tu nō es xp̄s neq̄ꝫ
helias neq̄ꝫ ꝓpheta? Nō quaſi ſcire volētes:
ſꝫ ꝓhibere eū a baptiſmo. Deide vero neſcio
quo pacto ꝓni ad baptiſmū ierūt ad ioānē.
Huius aūt ſolutio ē: q2 phariſei nō credētes
accedūt ad baptiſma: ſed ex hypocriſi cū time
rent populū. CHRY. Vel ipſi iidē ſacer/
dotes τ leuite ex phariſeis erant. Et q2 blan/
dicijs eū nō valuerūt ſupplantare: accuſatio/
nē ei īmittere tentāt: cogentes eū dicere qđ nō
erat: vñ ſequit: Et interrogauerūt eū τ dixe
runt: Quid ergo baptizas: ſi tu nō es xp̄s ne
q̄ꝫ helias neq̄ꝫ ꝓpheta: quaſi audacie videbat
eſſe baptizare: ſi xp̄s non erat: nec precurſor
illius: nec preco. i. ꝓpheta. GRE. Sꝫ ſan/
ctus qſq̄ꝫ ēt cū ꝑuerſa mēte regrit a bonitatis
ſue ſtudio nō mutat. Vnde ioānes quoq̄ꝫ ad
verba inuidie predicamēta rñdit vite. vñ ſeq
tur: Rñdit eis dicens: Ego baptizo in aqua.
ORI. Ad illud enī: Quid ergo baptizas
qđ aliud afferri decebat: niſi ꝓpriū baptiſmū
carnale pretēdere? GRE. Ioānes enim nō
ſpiritu ſꝫ aqua baptizat: q2 peccata ſoluere nō

valebat: baptizatoꝝ corpora p̄ aquã lauat ſed
tamen aīas p̄ veniã nõ lauat. Cur ergo ba/
ptizat: q peccata p̄ baptiſmũ nõ relaxat? niſi vt
precurſionis ſue ordinē ſeruãs. ſ. q naſcituꝝ
naſcēdo preuenerat: baptizatuꝝ quoq; dn̄m
baptizãdo preueniret: ⁊ q predicãdo factus ē
precurſor xp̄i: baptizando ēēt precurſor ei⁹ fie
ret imitatiōe ſacramēti: q inter hec myſterium
redēptionis noſtre ãnuncians: hunc in medio
hoīum ⁊ ſtetiſſe aſſerit ⁊ neſciri. Sequit̃ eni:
Medius aũt veſtrũ ſtetit quez vos neſcitis:
qꝛ p̄ carnē dn̄s apparēs ⁊ viſibilis extitit cor
pore ⁊ inuiſibilis maieſtate. CHRY. Hoc
aũt dixit: qm̄ decens erat xp̄m commixtũ eſſe po
pulo: vt vnũ multoꝝ ſe vbiq; humilē eſſe do
ceret. Cũ aũt dixit: Quē vos neſcitis. Sciē/
tiã hic cognitionē certiſſimã dicit: puta qs eſt
⁊ vnde? AVGV. Humilis enim non vi
debat̃: ⁊ ꝓpterea lucerna accēſa ē. THEO.
Vel medius erat phariſeoꝝ dn̄s: ſ; ignora/
bant eũ: qꝛ ipſi ſcripturas ſe ſcire putabant: ⁊
inquantũ in illis prenunciabat̃ dn̄s: medius
eoꝝ erat. ſ. in cordibus eoꝝ: ſ; neſciebãt euz:
eo ꝙ ſcripturas nõ intelligebant. Vel aliter:
Medius quidem erat inquantum mediator
dei exiſtens ⁊ hoīum chriſtus ieſus medius
phariſeorum extitit: volens illos deo iunge/
re: ſed ipſi neſciebant eum. ORI. Vel ali/
ter: Hoc edito ego baptizo in aqua ad illud.
Quid ergo baptizas? Ad ſecundum ſi tu nõ
es chriſtus? preconium de precedenti chriſti
ſubſtantia proponit: ꝙ tanta ſit ei virtus: ꝙ i
uiſibilis ſit ſua deitate: cum ſit preſens cuili/
bet ⁊ totum per orbez diffuſus: qđ notatur ex
illo. Medius veſtrum ſtetit. Hic enim per
totam orbis machinam effluxit: ſic vt que cre
antur: per ipſuz creantur: omnia enim per ip
ſum facta ſunt vnde palam eſt ꝙ inquirenti/
bus a ioanne: Quid ergo baptizas? ipſe me/
dius erat. Vel quod dicit̃: In medio veſtruz
ſtetit: intelligendum eſt de nobis hominib⁹.
Cum enim ſimus rationales: ĩ medio noſtrũ
extitit: ex eo ꝙ principale. ſ. cor in medio toti/
us corporis inſitum eſt. Qui ergo verbum ĩ
medio gerunt: non autem cognoſcunt de illi/
us natura: nec de quo fonte manauit: nec quo
modo conſiſtit in eis: hi verbuz in medio ſui
obtinentes ignorant: qđ tamen ioãnes agno
uit. vnde exprobrando dicit ad phariſeos:
Quem vos neſcitis. Quia expectantes pha/
riſei chriſti aduentum: nihil tam arduum de
eo contemplabantur: ſolum hominem ſanctũ
exiſtimantes eum eſſe. Dicit autem Stetit.
Nam ſtat pater inuariabilis exiſtens ⁊ im̃/
mutabilis ſtat quoq; verbum eius ad ſaluan
dum continuo quamuis carnem ſuſcipiat: cũ/
uis medium hominum ſtet inuiſibile. Ne ve
ro putet aliquis alium eſſe inuiſibilem ad om
nes homines venientem: vel ad vniuerſum
orbem ab eo qui humanatus eſt ⁊ in terra cõ/
parauit: ſubdit. Qui poſt me venit. hoc eſt
qui poſt me appariturus eſt. Non autem idē
denotatur h̄ per hoc quod dicit: Poſt: ⁊ cum
ieſus nos poſt ſe inuitat. Illic eniz ſequi poſt
ipſum precipitur nobis vt eius indagãdo ve
ſtigia: perueniamus ad patrem: hic autem vt
pateat: quid ſequatur ex ioannis dogmatib⁹.
venit enim vt cuncti credant per eum prepa/
rati ad perfectum verbum per minora. Di/
cit ergo: Ipſe ē q poſt me venit. CHRY.
Ac ſi diceret: Ne exiſtimetis tm̄ in meo conſi
ſtere baptiſmate. ſi enim meum baptiſma per
fectum eſſet: alius non veniret poſt me: aliud
baptiſma daturus: ſed hec preparatio eſt illi/
us ⁊ tranſibit in ꝓximo: vt vmbra ⁊ imago:
ſed oportet eum qui veritatem imponet veni
re poſt me. ſi enim hoc eſſet perfectuz: nequa
q̃; ſecundi locus quereretur. Et ideo ſubdit:
Qui ante me factus eſt. hic eſt honorabilior
⁊ clarior. GREGO. Sic nanq; dicitur:
Ante me factus eſt: ac ſi dicatur: antepoſitus
eſt mihi. Poſt me ergo venit quia poſtmo/
dum natus: ante me autem factus eſt quia mi
hi prelatus. CHRY. Ne autem exiſtimes
comparabilem eſſe excellentiam hanc: incom
parabilitatē oſtendere volens ſubiungit: Cu
ius ego non ſum dignus vt ſoluam corrigiaz
calciamenti. q. d. intantum eſt ante me vt ego
neq; in vltimis miniſtrorum vocari dignus
ſim. Calciamentum enim ſoluere vltimi mi/
niſterij res eſt. AVGV. Vnde ⁊ ſi dignũ
ſe diceret tantummodo corrigiam calciamen/
ti ſoluere multum ſe humiliaſſet. GRE/
GORIVS. Vel aliter: Mos apud ve/
teres fuit vt ſiquis eaz que ſibi competeret ac
cipere vxorem nollet: ille ei calciamentum ſol
ueret qui ad hanc ſponſus iure propinquita/
tis veniret. Quid igitur inter homines chri/
ſtus niſi ſancte eccleſie ſpõſus apparuit. Re/
cte ergo ioãnes ſe idignũ eē ad ſoluēdã corri/

giam eius calciamenti denunciat: ac ſi aperte
dicat redemptoris veſtigia non denudare va
leo: quia ſponſi nomen mihi imeritus ñ vſur
po. qḋ tñ intelligi ꝛ aliter poteſt: Quis enim
neſciat ꝙ calciamenta ex mortuis animalibus
fiant. Incarnatus vero dñs veniẽs quaſi cal
ciatus apparuit qui in diuinitate ſua mortici/
na noſtre corruptionis aſſumpſit. Corrigia ğ
calciamenti eſt ligatura myſterij. Joannes er
go ſoluere corrigiam calciamenti eius nõ va/
let: quia incarnationis myſterium nec ipſe in
ueſtigare ſufficit: ac ſi patenter dicat: Quid
mirũ ſi mihi ille prelatus eſt quem poſt me q/
dem natum cõſidero: ſed natiuitatis ei⁹ myſte
rium non comprehendo. ORI. Quidã ve
ro non inepte dixit hoc ſic intelligendũ: Non
ſum ego tanti vt cauſa mei deſcẽdat a magna
libus: ac carnẽ quaſi calciamentum ſuſcipiat.
CHRY. Et quia ioannes cum decenti li/
bertate ea que de chriſto ſunt omnibus predi
cabat: propterea euangeliſta ꝛ locuꝫ deſignat
dicens: Hec in bethania facta ſunt trãs ior/
danem: vbi erat ioannes baptizans. Nõ eni
in domo neqꝫ in angulo chriſtuꝫ predicabat:
ſed iordanem trãſiẽs in media multitudine p̄
ſẽtibus omnibus qui ab eo baptizabãt. Que
dam vero exemplarioꝛuꝫ certius habent i be
thabora. Bethania enim non vltra iordanẽ:
neqꝫ in deſerto erat: ſed prope hieroſolymaꝫ.
GLO. Vel due ſũt bethanie vna trãs ior/
danem: altera citra nõ longe a hieruſaleꝫ vbi
lazarus fuit ſuſcitatus. CHRY. hoc aũt ꝛ
propter aliam cãm deſignat: qꝛ eni res nõ an
tiquas narrabat: ſed ante paruum tempus cõ
tingentes preſentes: ꝛ vidẽtes teſtes facit co/
rum que dicunt. demonſtrationem a locis tri
buens. ALCVI. Bethania vero domus
obedientie ĩterpretatur per quam ĩuitur: qa
per obedientiam fidei omnes ad baptiſma de
bent peruenire. ORI. Bethabora vero in
terpretatur domus p̄parationis ꝛ cõuenit cuꝫ
baptiſmo: ꝑparantis dño plebem perfectaꝫ.
Jordanis auteꝫ interpretat̃ deſcẽſus eorum.
Quis autem erit hic fluuius niſi ſaluatoꝛ no/
ſter ꝑ quẽ ingredientẽ in hũc mũdũ mundari
cõuenit: nõ ſuũ deſcẽdẽtem deſcenſum: ſꝫ hu
mani generis: hic ſegregat donatas a moyſe
ab his que per ieſum donantur ſortes: huius
riuuli letificant ciuitatem dei. Sicut aũt draco
latitat in egyptiaco fluuio: ita deus i iſto. Pa
ter enim eſt in filio: ꝛ q ꝓficiſcuntur illuc vbi
ſe lauent: obprobrium egypti deponũt ac apti
ad perceptionem hereditatis parantur: necnõ
a lepra mundantur: ꝛ duplicis capaces ſunt
gratie ac prompti fiunt ad ſuſceptionem ſpiri
tus almi. In aliud flumen nequaqꝫ deſcendẽ
ti ſpiritali columba. Trans iordaneꝫ vero io
annes baptizat vt precurſor venientis non i
nocentes: ſed peccatores vocare

## ❡ In vigilia natiuitatis dñi: Ma thei primo capi.

CHriſti autem generatio
ſic erat: cum eſſet deſpon
ſata mater ieſu maria io/
ſeph: anteqꝫ conuenirent
inuenta eſt in vtero ha
bens de ſpirituſancto.
CHRY. ſup math. Qm̃ ſuperi⁹ dixerat:
Jacob aũt genuit ioſeph. cui deſpõſata maria
genuit ieſum: ne aliqs audiẽtium ſic eſtima/
ret eẽ natiuitatem quo precedẽtiũ patruꝫ: ipſe
ordinẽ narrationis ſue precedẽs dicit: Chri/
ſti aũt generatio ſic erat. ac ſi dicat: Genera/
tio quidẽ eorũ quos expoſuimus patrũ ſic fu/
it: queadmodum retuli: Chriſti autem gene/
ratio non ſic. ſed ita erat: Cũ eſſet deſponſata
mater. CHRY. in ho. Quaſi eni aliquid
nouũ dicturus p̄mittit modũ generationis di
cere: ne audiens virũ marie eſtimes natũ eſſe
lege nature. REMI. Põt aũt ad ſuperio/
ra referri hoc modo: Sic erat chriſti genera/
tio ſicut dixi. i. Abraam genuit iſaac. HIE/
RO. Sꝫ q̄re ñ de ſimplici virgine: ſed de/
ſpõſata cõcipit̃: p̄mũ vt ꝑ generationẽ ioſeph
origo Marie mõſtraret̃. ſecũdo ne lapidaret̃
a iudeis vt adultera. tertio vt i egyptũ fugiẽs
hẽret ſolatiũ mariti. Martyr ẽt Ignati⁹ q̄rtaꝫ
addidit cãm: vt partus iquiẽs ei⁹ celaret̃ a dia
bolo: dum eum putat non de virgine ſed de
vxore generatum. CHRY. ſuper math.
Ideo autem ꝛ deſponſata ꝛ domi habita: nã
quemadmodum in ea que in domo viri con/
cipit: intelligitur conceptio naturalis: ita in
ea que extra domum concepit: eſt ſuſpecta
coniunctio. HIERO. contra helui/

cium: Sciendū aūt ꝙ heluidius quidā homo
turbulentus accepta materia diſputandi bla/
ſphemare contra dei matrem incepit: cuiꝰ pri
ma propoſitio fuit: Mattheus loquit̄ ſic: Cū
eſſet deſponſata. Ecce inquit habes deſpon/
ſatam: non commendatam vt dicitis: ⁊ vtiqȝ
non ob aliud deſponſatam niſi qm̄ nupturā.
ORIGE. Deſpōſata fuit qdē ioſeph: nō
tamen in concupiſcentia iuncta. Mater eius
inquit mater īmaculata: mater incorrupta: ma
ter intacta. Mater eius: cuius eius? mater ē
dei: vnigeniti dn̄i regis oīum plaſmatoris, ⁊
redemptoris cunctorum. CYRIL. Quid
enim videbit aliquis in ſancta virgine preter
alias? ſi dei mater nō ſit ſȝ xp̄i vel dn̄i: vt Ne
ſtorius dicit? Nihil enim abſurdum eſt etiaȝ
ſi voluerit quis matrem vniuſcuiuſqȝ vncto/
rum chriſti nominare genitricem. Sola vero
preter illas ſancta virgo ⁊ chriſti genitrix: in/
telligitur ac dr̄. Genuit enim nō puȝ hoīem
ſm̄ vos: ſȝ incarnatū potius ⁊ hoīem factum
ex deo patre verbū. Sȝ forſitā illud ais: Dic
mihi putaſne diuinitatis fcā eſt virgo. Et ad
hoc quoqȝ dicimꝰ qꝛ natū ē ex ipſa dei ſubſtā
tia eius verbū: ⁊ ſine ꝑncipio tp̄is ſemꝑ exi/
ſtens genitori: in nouiſſimis autē tp̄ibus qm̄
caro factū eſt: hoc eſt vnitū carni aīam habēti
rationalē: natū ēt dicit̄ carnaliter ꝑ mulierē.
Aſſimulatur aūt quodāmodo natiuitati q̄ ſm̄
nos hoc ſacramentū: matres ⁊ enim terreno/
rū miniſtrant nature coagulataȝ paulatim car
nem perficiendam in ſpecie humana. Jmmit
tit aūt aīali ſpiritū deus. Sed licet ſint iſte ſo
lummō terrenoꝝ corporum matres: attamen
parientes totū animal ⁊ non parteȝ peperiſſe
dicuntur. Tale aūt aliquid geſtū percipimus
in generatione emanuel: natuȝ enim eſt ex pa
tris ſubſtantia dei verbuȝ. Quia vero carnē
aſſumpſit ꝓp̄riā eā faciens: neceſſariū eſt cōfi
teri qꝛ natus eſt ſm̄ carnē ꝑ mulierem. Quia
igit̄ ⁊ deus vere eſt: quō dubitabit quiſpiam
ſanctā virginē dicere genitricē. LEO papa
i ſer. de natiui. Nō aūt te dei ꝯceptus turbet:
partus te nō ꝯfundat auditus: qm̄ virginitas
quicquid eſt humani pudoris excuſat: aut que
hic verecundie leſio vbi iniit deitas cū amica
ſibi ſemꝑ integritate conſortium? vbi eſt inter
pres angelus? fides pronuba: diſpenſatio ca
ſtitas: donatio virtus: iudex conſcientia: cau
ſa deus: conceptio integritas: virginitas par

tus: virgo mater? CYRIL. ad Jo. antio
chenum. Sed ſi de celo ⁊ non ex ipſa ſanctuȝ
corpus chriſti factum eſſe diceremus vt valē
tinus: quomō itelligeretur dei genitrix Ma
ria? Nomen autem matris oſtendit cum ſub
dit Maria. BEDA. ſuper lucaȝ: Jnterpre
tatur autem maria ſtella maris hebraice: do/
mina ſyriace: quia ⁊ lucem ſalutis ⁊ dominū
mundo edidit. Cui autem deſponſata fuerit:
oſtendit ſubdens: Joſeph. CHRY. ſuper
math. Jdeoqȝ fabro lignario Maria deſpon
ſata erat qm̄ chriſtus eccleſie ſponſus omniū
ſalutem hominum operaturus erat per lignū
crucis. CHRY. in homelia. Quod auteȝ
ſequitur: Anteqȝ cōuenirent. non dicitur: an
teqȝ duceretur in domum ſponſi: etenim iam
intus erat. Conſuetudo enim multotiens ve
teribus erat in domo deſponſatas habere: qḋ
⁊ nunc quoqȝ fieri videtur: ⁊ generi loth intꝰ
cum ipſo erant. GLO. Sȝ dicitur: Anteqȝ
ꝯuenirēt. ad carnis cōmixtionē. CHRY.
ſuper math. Vt non ex compaſſione carnis
⁊ ſanguinis naſceretur qui ex deo natus eſt:
vt carnis ⁊ ſanguinis ſolueret paſſionem.
AVGV. de nup. ⁊ concu. Nuptialis etiā
cōcubitus ibi non fuit: qꝛ in carne peccati fie/
ri non poterat ſine vlla carnis concupiſcentia
que accidit ex peccato: ſine qua cōcipi voluit:
qui futurus erat ſine peccato: vt hinc etiaȝ do
ceret omnem que de concubitu naſcitur car/
nem eſſe peccati: quandoquidem ſola que nō
inde nata ē: nō fuit caro peccati. AVGV.
in ſer. de nati. Naſcitur etiaȝ ab intacta femi
na chriſtus: qꝛ fas non erat vt virtus per vo
luptatem: caſtitas per luxuriaȝ: per corruptio
nem incorruptio naſceretur. nec poterat niſi
nouo ordine aduentare de celo: qui vetuſtum
mortis deſtruere veniebat imperiuȝ. Regnū
igitur tenuit virginitatis: que regeȝ genuit ca
ſtitatis: ideo etiam dominus noſter virgine/
um ſibi requiſiuit hoſpitium habitandi: vt no
bis oſtenderet deum in caſto corpore portari
debere: ergo qui ſcripſit lapideas tabulas ſi/
ne ſtilo ferreo: ipſe grauidauit Mariam ſpi/
ritu ſancto. vnde dicitur: Jnuenta eſt in vtero
habens. HIERO. Non ab alio inuenta
eſt niſi a ioſeph qui pene licentia maritali om
nia nouerat. CHRY. ſuper math. Nam
ſicut hiſtoria non incredibilis docet: quando
geſta ſunt q̄ refert lucas: Joſeph abſēs erat: